BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXVIII
G
22
NAPOLI

XXXVIII
G
22

XXXVIII
G
23

LEXICON LATINO CATALANVM,

SEV

Dictionarium Aelij Antonij Nebriſſenſis ipſius aucto ris opera primum concinnatum, & poſtea multis acceſſionibus auctum: nunc verò iam denuò poſt omnia alia innumeris dictionibus cura, ac vigilantia doctiſsimorum virorum locupletatũ: & idem ex Catalano in latinũ ſermonem verſum.

ONOMASTICON ETIAM PROPRIOrum nominum multo locupletius quouis antehac excuſſo prodit, in quo permulta orbis nuper inuenti locorũ vocabula reperire licet.

Acceſsit etiam eiuſdem auctoris Medicum Dictionarium in ſexcentis penè locis nunc denuò emẽdatum, & in fine adiectum: vt hac diſpoſitione rei herbariæ ſtudioſos aliqua ex parte leuaremus.

BARCINONE.
EX OFFICINA CLAVDII BORNATII
ANNO A CHRISTO NATO
1560.

Cum gratia & priuilegio.

Nos Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonum, &c. Comes Barcinonis. &c.

NOS Garſias à Toleto ſacræ Catholicæ, & Regiæ Maieſtatis Conſiliarius Locumtenens, & Capitaneus generalis in Principatu Cataloniæ, & Comitatibus Roſsilionis. & Ceritaniæ. Quum pro parte veſtri fidelis Regij Claudij Bornatij bibliopole, ciuis Barcinonis reuerenter expoſitum fuerit Lexicon, ſiue Dictionarium Aelij Antonij Nebriſſenſis ipſius auctoris opera primum concinnatũ, et poſtea multis acceſsionibus auctum, nunc vero iam denuò poſt omnia alia innumeris dictionibus veſtris ſumptibus, ac ſumma doctiſsimorum virorum cura & ſtudio locupletatum, & illud, vt publicæ vtilitati ſit iamdudum imprimere, & impreſſum vendere decreuiſſe, fueritque propterea pro parte veſtri dicti Claudij Bornatij nobis humiliter ſupplicatum, quatenus ſoli, & nemini alij vt ſumptus magnos ad dictam impreſsionem neceſſarios ſubminiſtrare poſsitis, licentiã & facultatem dictum Lexicon ſiue Dictionarium Aelij Anthonij Nebriſſenſis ita auctum & locupletatũ imprimendi, & vendẽdi intra dictũ Principatũ Cataloniæ, & Comitatus Roſsilionis, & Ceritaniæ prædictos concedere dignaremur. Nos vero cum ex relatione aliquorũ Doctorum Regij Conſilij dictũ Dictionariũ valde auctũ, & locupletatũ, ac vitijs purgatũ fuiſſe, & maximè publicę vtilitati conferre, quod illud quãprimũ in lucem edatur, acceperimus, dictæ veſtrę ſupplicationi benigne duximus annuẽdũ. Tenorem igitur præſentium de noſtra certa ſcientia deliberatè, & conſulto vobis dicto Claudio Bornatio concedimus, & licentiam ac facultatem plenariã impartimur, quatenus vos ſolus, aut illi dum taxat, qui à vobis ad id ſpeciale mandatũ hàbuerint, & nemo alius intra dictos Principatũ, & Comitatus per decenniũ à die datarũ prẹſentiũ numerandum, Lexicon, ſiue Dictionarium vt dictũ ita præhabetur auctũ & locupletatũ dicto decennio durante typis ẹxcudere, excuſſumq; vẽdere libere poſsitis, & poſſint. Hos autẽ qui forſan prædictis contrafecerint, volumus, & iubemus illico & irremiſsibiliter pœna quingentorum florenorum auri Aragonũ Regijs applicandorum ærarijs, pro qualibet vice plecti. Mandantes per has eaſdem ſub eiſdem pœnis cunctis & ſingulis officialibus tam Regijs, quam alijs maioribus & minoribus, et ſingularibus perſonis in dictis Principatu & Comitatibus conſtitutis, & conſtituendis, & eorũ Locũtenentibus requirẽdos, ex eis requirentes quatenus licentiam & facultatẽ noſtras huiuſmodi firmiter teneãt, & obſeruent, ac teneri & obſeruari faciant per quoſcũq; & contrariũ non faciant, aut aliquem contrafacere permittant ratione aliqua, ſiue cauſa, ſi præter iram & indignationem regiã pœnã præappoſitam cupiunt euitare, in cuius rei teſtimoniũ præſentes fieri iuſsimus Regio communi ſigillo, à tergo munitas. Datũ Barcinone die primo menſis Septembris. Anno à natiuitate Domini Mileſimo quigenteſimo quinquageſimo nono.

Don Garcia de Toledo.

Vidit Montaner Regens.
Vidit Aymerich Regens Theſaurariam. *In diuerſorum locumt. xxj.*

Fo. Lxxj.

AMPLISSIMO PVBLICI, PRIVATIQVE IVRIS PERITISSIMO VIRO D D. MATHIAE SORRIBAE, SERENISSIMI REGIS ARAGONVM CANCELLARIO DIGNISSIMO, Abbatiq; ſancti Saluatoris de Breda obſeruantiſsimo Claudius Bornatius Typographus. S.

CVM tuum in me animum, & tuum erga me ſtudium ſemper cognouerim ampliſsime Cancellarie, cum tua in me merita mecum ego ſæpenumero reputauerim, nullam eſſe in me humanitatem iudicaui, ſed potius barbariem, ſi tot beneficiorum in me vnum tam munifice cumulatorum, ſempiterna quadam gratitudine, ac beneuolentia memoriam minime colerem. Nam vt omittam permulta alia, quæ mea cauſa feciſti, vnum illud animo meo hæret, cum viderim te aliquando in meis ærumnis, in meæ exiſtimationis maximo diſcrimine tàm ſolicitum: vt nunquam ceſſaueris, quin incredibili quadam humanitate tua, atq; ſingulari fauore publicè, atque priuatim me proſequerere. Res meas, quas apud te depono, aut tibi etiam commendo, tàm tibi curæ video eſſe, vt hoc etiam ſolo officio, atque ſtudio non ſolum arctè me aſtrinxeris, ſed etiam magis obnoxium me tibi effeceris, vt pares gratias vix poſsim agere, referre nequaquam. Quare cum plurimum me tuæ virtuti debere viderem, inhumanum, imo immane eſſe iudicaui, ſi tã maxima, & penè immortalia in me merita aliquo pacto non reſarcirem. Quod enim flagitium magis deteſtandum, imo quod ſcelus magis inexpiabile ingratitudine eſſe poteſt: in quo vitiorum ſordes, & animorum innumeras labes reperire licet? Ex eius enim fonte impietatem in parẽtes, proditionem in patriam, in homines inimicitiam manare, & tandem ex rebus ſacris religionem omnem eripi videas. Quam pulchre præcipiebat Pythagoras ingratos omnes procul eſſe reiiciendos, imo ne hirundines quidem ſub idem tectum admittendas eſſe cenſebat: cum ingratitudinis, miniméque firmæ amicitiæ ſimilitudinem eas aues obtinere videret. Pro tantis itaque in me beneficijs patere, quæſo tui celeberrimi nominis titulum huic dictionario noſtris proprijs ſumptibus excuſſo, tanquam micantem facem prælucere: ſic namque arbitramur tuę amplitudini hoc noſtro ingenti labore aliqua ex parte gratificari. In quo concinnãdo quantum temporis mea mens varijs ſolicitudinibus ægra fuerit, & meus animus ſæpe numero fluctuarit, non eſt quod tibi aperiam. Taceo etiam, quantum permultis incomparabilis memoriæ, & infinitæ penè lectionis viris curarum fluctibus fuerim moleſtus, qui quamuis parati, ac prompti animo eſſent, tamen multitudine negotiorum

diſtringebantur. Non defuere tamen alij exquiſitiſsima doctrina prædicti, quorũ nunquam in bonis literis ceſſauit ingenium, qui mea cauſa Dictionaria omnia ante hac edita ita euoluerent, vt nullũ Romanæ linguę vocabulũ prætermitterent, quod non in hoc Antonij Nebriſſenſis Dictionarium tam corruptè, atque mendosè in hac noſtra Hiſpania editum infereretur. Illud etiam Medicum Dictionarium ſimul cum Antonij Nebriſſenſis Lexico Antuerpiæ excuſſum tantopere laudatum, nunc in ſexcentis pene locis reſtitutum inuenies, ſi tibi libuerit aliquando cum altero prius edito conferre. Propriorum etiam nominum Onomaſticon multo copioſius prodijt, & locupletius illo Ioannis Belleri Antuerpiæ impreſſo: præſertim cum permultæ Regiones, Ciuitates, ac Inſulæ noſtris temporibus inuentæ in eo reperiri queant. Accipe itaque Ampliſsime Cancellarie, hoc noſtrum Dictionarium in tanta meæ rei familiaris perturbatione, conſilio doctiſsimorum virorum conflatum, quod ſemper tuo nomini proprium ſeruauimus. Hoc enim tuæ amplitudini conuenire iudicauimus, pręſertim cum ſapientiæ conſummationem, quam omnes in te admirantur: cum literarũ cognitionẽ, quã omnes in te ſuſpiciunt, & venerantur, ſimul cum tua dignitate coniunctam viderimus. Effecimus igitur, vt nullus labor quantumuis infinitus, nullus etiam ſumptus quantumuis effuſus nos ab hoc negotio deterreret, imo ad tam altum opus nos excitaret, vt noſmet ſuperantes tuæ ampliſsimę dignitati inſeruire, & toti Cataloniæ, imo & toti Hiſpaniæ prodeſſe ſtuderemus. Vale totius Cataloniæ decus. Barcinone Calendis Decembris.

1559.

Obſeruantiſsimo ac doctiſsimo D D.
Laurentio Valentino, Campi Rotundi
Abbati digniſsimo Antichius Rochanus Gerundenſis in Barcinonenſi Gymnaſio publicus philoſophiæ profeſſor.
S.

DECREVERAM ſuperiori anno in intimis muſarum receſsibus totus latere, venerande Abbas, meamque florentem ætatem in bonarum artiū ſtudijs ita exercere, vt aliquādo ab omni obliuionis iniuria me poſsem vindicare: ſed Claudius Bornatius vir ſanè in negotio typographico diligens mihi ſignificauit, ſe velle Antonij Nebriſsenſis Dictionarium excudere, quæ res quantum mihi fuerit impedimento, quo minus tranquillo animo Mathematicis, ac Medicinæ ſtudio vacare potuerim, non eſt, quod tibi aperiam. Oblatum mihi fuit exemplar Barcinone iampridem excuſsum, vt illud in priſtinū candorem reſtituerem, & romanæ linguæ vocabula ex alijs Lexicis in illud inſererem: quod cum animaduertiſsem, nè vnum quidem verbum vidi, quod non vitio Typographorum deprauatum, & erroribus corruptum inueniretur. Arduum mihi ſolū, & operoſum hoc tantum negotiū viſum fuit, tot loca lacera, tranſpoſita, corrupta, & penè infinitis mēdis ſcatentia tam breui temporis ſpatio emendare, ac reſtituere. Iuerat iam ad te Claudius, cum tuam in literis magnam celebritatem, & auctoritatem cognouiſset, & multis precibus te mouerat, vt tuo felici ingenio, & magna induſtria in hoc Antonij Nebriſſenſis Lexico cōcinnando vti poſſet. Tanta fuit tua in eum humanitas, & tam admiranda modeſtia, vt non ſolum ei tuam operam præbueris, ſed eandem ſtatim poſueris, vt opus quantumuis magnum, ac difficile tua induſtria, atq; diligentia appareret. Sed negotijs Illuſtriſsimæ Ducis Albæ inuolutus, coactus fuiſti Barcinone diſcedere, & tam præclarū opus incœptum relinquere: in quo vtinam tua illa in militia literaria exercitatio, tua ingenij inſignis claritas, atq; acrimonia, tua etiam variarum rerum infinita propè lectio, atq; cognitio apparuiſſet. Claudius poſtea iuit poſt tuum diſceſſum ad Dominum Calſam in omni ſtudiorum genere perfectum, cuius eruditionem, & linguarum peritiam tu probe noſti, ſed neq; huic defuerunt curæ, & negotiorum frequentes vndæ, quibus ſe tantopere iactari, atq; obrui dicebat, vt neq; interſpirandi aliquem ſibi locum eſſe aſſirmaret. Opem poſtea Franciſci Cluſæ in Barcinonenſi Gymnaſio humanitatis publici profeſſoris implorauit Claudius, & eū in locupletando hoc Dictionario elegit: in quo quātis laboribus & multiiugis vigilijs hic vir in ſtudijs humanitatis clariſsimus animū ſuū fatigarit, & penè dilacerarit, tu ipſe, ſi corpus huius Dictionarij conſideres, poteris diiudicare. Effecimus itaq; vna ambo, vt hoc Dictionarium ex omnibus Promptuarijs, Theſauris, atq; Lexicis antehac editis cōcinnatum in hanc, quam vides, magnitudinem breui temporis ſpatio ad ſtudioſorum omnium vtilitatem creſceret, & multo locupletius quouis antehac Antonij Nebriſſenſis Lexico ex-

cuſso colligeretur. Aequidem nullum latinæ linguæ vocabulum quantumuis obſoletum, vetuſtum, aut abuſu reiectum prætermiſimus, dummodo in alijs Lexicis idipſum auctoritate alicuius auctoris vt Cæcilij Pacuuij, Næuij, & aliorum huiuſce claſsis hominum confirmatum inuenerimus. Ordinem verò dictionum à primo parente Antonio ſeruatum non mutauimus, ne videremur potius in vocum deriuationibus alterum Dictionarium edere,& adoleſcentes parum verſatos diſquirendi tædio aliqua ex parte fatigare. Illud tamen nominum propriorum Ioannis Belleri Dictionarium elegi,quod ſanè permultis Ciuitatibus, atq; Inſulis nuper inuentis ex Gemma Phryſio,Petro Apiano,alijsque grauiſsimis auctoribus,necnon ex Maximiliani Tranſyluani epiſtola locupletaui:quando propter tuum diſceſſum tuum iam à te cõcinnatum Onomaſticon,& multis locorum nominibus auctum habere non potui. Curaui præterea,vt Medicum illud Dictionarium tam corruptè Antuerpiæ excuſſum,atq; ſemel iam emendatum, nunc in ſexcentis locis diligentiſsimè penſitatis reſtitueretur. Acanthum nunc vrticas nominabat,nũc earum ſemen,nunc ad alia ſignificata extendebat,quæ omnia crediderim fuiſſe ficta,& libere ab aliquibus inuenta,& nunquam ab Antonio commenta:cum videamus Pliniũ,et Dioſcoridem Acanthi ſolum duo genera cognouiſſe. Barbam etiam hircinam nũc Hypociſtin,nunc Salicis peculiarem ſpeciem,aut neſcio quem fungum appellabat,cum tamen Tragopogon,ſiue Barba hircina in acetarijs laudata nulla iſtarum eſſe dicatur. Vngulam Caballinam neſcio cur Nymphea vocitarit,cum Dioſcoridi Tuſsilago,atq; Nenuphar ſeparentur. Volubilem Corrigiolam dicebat ſed nimis communi vocabulo,cum hæc Dioſcoridis Flammula eſſe credatur. Sed nõ eſt,quod adferam permulta vocabula,in quæ Antonium illius temporis Medicos rei herbariæ ignaros ſequentẽ impegiſſe credimus,quæ omnia,quantum nobis per ſpatium licuit, vtilitati omnium conſulentes maluimus emẽdare,quã legitimo Antonij fœtui ſolũ reſtituere. Hæc fuit noſtra hoc tẽpore negotiorũ multitudo,hęc me cura remordit,hic me conatus aliquando anxit: quibus omnibus bene actũ mecũ eſſe putabo,ſi poſt meos labores, poſt meas vigilias, poſt meas intentiſsimas curas hoc Dictionariũ in tantis locis reſtitutũ, à tãtis mendis abſterſum,atq; repurgatũ,tot etiam & tantis dictionibus locupletatũ tibi vni, quẽ venerantur docti,& bonarum literarum amatores placere videro. Ego enim te vnum elegi,qui doctrina,& auctoritate cęteros ſuperas,& qui adunguem perceptum,cognitumque habeas, quicquid bonæ eruditionis ab egregijs auctoribus eſt traditum, atq; repertum:& cuius patrocinium tanti ego eſſe momenti apud omnes homines eſſe arbitror,vt te Patrono omnes improbos ſuſurros iudicem opprimendos. Vale, & noſtrum ſtudium,noſtrámque diligentiam defende,& mihi eris incitamento,eximie Patrone,vt publicum aliquod meæ erga te obſeruantiæ extare poſsit teſtimonium. Vale iterum atq; iterum humanitatis exemplar,& noſtri Barcinonenſis Gymnaſij ornamentum. Barcinone,Calendis Decembris. 1559.

Ad Magnificentiſſimum, ac perinde illuſtrem virum D. D. Ioannem Stunicam Magiſtrum militiæ Dalcantara ordinis Ciſtercienſis, Aelij Antonij Nebriſſenſis grammatici præfatio in interpretationem dictionum ex ſermone latino in Hiſpanum, Hiſpanienſemq́;.

Lege fœliciter.

VTrum mihi fuerit honeſtius, atq; magis è republica, in illo clariſsimo Hiſpaniæ ac perinde totius orbis terrarum Salmanticenſi gymnaſio artem grammaticam profiteri: an Ampliſsimæ dignationis tuæ contubernio, ac iucundiſsima familiaritate frui, multi cotidie à me quærunt: id quod ego ſoleo mecum ſæpe cogitare. Nam fuit, quod ſine arrogantia dictum eſſe velim, profeſsio illa mea vſq; adeo illuſtris, vt etiam maleuolorum teſtimonio, & inimicorum confeſsione totum hoc mihi tribuatur, quod latini ſermonis officinã primus aperui: auſus quod ait Horatianus ille Catius, nouis pręceptis ſigna ponere. Et quod ex vniuerſa propemodum Hiſpania Alexandros, Petros, Helias, & duriora adhuc nomina Galteros, Ebrardos, Paſtranas, & neſcio quos indignos qui nominentur, grammatiſtas, ac literatores funditus erradicaui. Quodque ſi apud nationis noſtræ homines Romanæ linguæ quicquam eſt: id totum mihi acceptum referri debet. Eſt profecto hæc laboris noſtri merces ita magna, vt in hoc literarũ genere nulla maior excogitari poſsit: ſed tota illa noſtræ profeſsionis induſtria perangustis finibus circunſcripta erat. Nam cum in enarrandis auctoribus omnia prope tempora mea conſumerem, quinis cotidie, aut ſenis horis in re difficilima, nec minus faſtidioſa occupatus, fateor nõ fuiſſe totum negotium illud tanti, vt in ea re, quę videbatur ad paucorum vtilitatem pertinere, tam bonas horas collocarem: cum fortaſſe maioribus auſpicijs atque ad opera multo maiora natus eſsem, & quę noſtris hominibus multo cõducibiliora forent. Quid? quod habenda fuit ratio valetudinis, & ingenij, cuius vtriuſque vires ſentiebam in dies hebetari: atque illud mihi vſu euenire, quod de lucerna eſt in prouerbio, dum cætera illuſtrat, ipſam pati intertrimentum. Itaque cum eſſem à te Princeps Illuſtriſsime multis, Præclariſque beneficijs inuitatus, vt tuorum numero adſcribi vellem, illicò arripui occaſionem, & eo quidem libétius, quod nihil iam diu magis cupiebam, quam dari aliquando mihi ocium, in quo poſſem aliquid ſcribere: quod non modo præſentibus, vèrum etiam poſteris prodeſſet. Non quo non ſatis pulchre intelligerẽ, quam frequens debeat eſſe is, qui vitam hanc aulicam ſectatur, atque Principi ſuo placere ſtudet, vt quod fieri commode poſsit, nullum tempus intermittatur, quo non illi aſtet, palpetur, blandiatur, arrideat, condoleat, deducat, reducat. Sed quod videbam te ea magnitudine animi, vt hæc omnia parui faceres, & ea humanitate, vt nihil eſset modo honeſtum, quod non mihi per te licere poſse cõſiderem. Igitur cum primum tuus eſse cœpi, magnam illico ſpem immortalitatis mihi ante oculos propoſui, aggreſsúſque ſum opus, quod putabam eſse maximum, omniúmq; maxime neceſsarium: ſed cui non modo ego, verùm etiam omnes omnium diſciplinarum profeſsores ſatiſfacere vix poſsint. Nam quotus quiſque præceptor in arte ſua aut non negligit, aut non ignorat pleraque rerum vocabula, in quæ ſi forte inciderit, aut diſsimulat, aut aliud pro alio accipit, aut ſe neſcire fatetur ingenue? Quod ſi velint eſse paulo diligentiores, atque auctores illos conſulere, qui de vocabulorum ſignificationibus ſcripſerunt, aut nihil reperirent, aut ſi quicquam repererint, nihilo plus inde reportent, quam ſi nihil inueniant. Omnes enim qui ſibi vnquam hanc prouinciam aſsumpſerunt, aut in dictionibus obſoletis, inuſitatis, barbaris, & peregrinis magna ex parte occupati ſunt: aut tam ambigue, dubitantérq; omnia exponunt, vt nihil certi nobis tradant, aut ſi rem ipſam per diffinitionem qualis eſt, nobis deſcribunt: non tamen ita vt digito monſtrari poſsit. Quod eo fit, aut quia ipſi ijdem illa ignorant, aut quia incognita per multo incertiora nobis oſtendunt. Quæ omnia vitia quantum fieri potuit declinauimus. Nam & vocabula oſca, & priſca, quibus propter antiquitatis maieſtatem, plærũque vtuntur auctores, breuiter attigimus: neque quicquam ſub ambiguitate reliquimus, ſed aut quid eſset plane diximus, aut confeſsi ſumus

nos ignorare, rei genere tantum cum aliqua differentia annotato. Et ne vllus mihi relinquatur veniæ locus, dictiones latinas, aut græcas, & barbaras latinitate donatas per exactiſsimam alphabeti ſeriem digeſtas in Hiſpanam, vel Hiſpanienſem linguam conuertimus: magno fateor exiſtimationis meæ periculo, cum non deſint, qui literas ventilent, calumnientur in ſyllabas, & toti denique huic noſtræ interpretationi detrahant. Sed audendum fuit aliquid, atque pro vtilitate multorum ſubeundum, vt ſapientes, atque inſipientes de nobis iudicarent. Quod ſi alicubi excidimus, neque ſatisfecimus opinioni, quam multi de nobis habent, conſiderare debebit amicus lector rei difficultatem, & non quid ego fecerim, ſed quid alij præſtare non potuerint. Nam cum res ipſæ, quarum vocabula ſunt, aut cum ipſa natura perennent, aut in ſolo vſu hominumque arbitrio poſitæ ſunt, naturalia illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi noſtro cognita ſunt, & hæc voluntaria nobis etiam ſentientibus cotidie cum ſuis nominibus immutantur. Quid? quod ex ijs rebus quarum formæ, vt phyſici dicunt, ſempiternæ ſunt, quædam penitus interierunt, quaſdam incognitas repente natura protulit? Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano, ſed an extet hodie apud aliquas gentes, ego non auſim affirmare, certe in Hiſpania nuſquam eſſe audio. Fuiſse autem antiquis tẽporibus, vel ex eo manifeſtum eſt, quod C. Cæſar in memoriam nominis ſui arborem propria manu Cordubæ conſeuit. Qua de re eſt epigramma Martialis.

In tarteſsiacis domus eſt notiſsima terris,
Qua diues placidum Corduba Bætin amat.
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo:
Et linit heſperium bractea viua pecus.
Aedibus in medijs totos complexa penates
Stat platanus denſis Cæſariana comis.
Quod vero poeta dicit, Vellera natiuo pallent
Vbi flaua metallo, Et alio loco,
Vncto Corduba lætior venafro.
Albi quæ ſuperas oues galeſi.
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore viuo.
Et alio præterea loco de Bæti fluuio,
Bætis oliuifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo eſt qui dicat ſe, noſtro ſeculo vidiſse oues natiuo illo auri ſplendore infectas. Vbi nũc eſt illa auri tot ſeculis exauſta, atque terris omnibus prælata fertilitas: ex qua pondo auri ſexaginta milia quotannis populo Romano pendebat Aſturia? Vbi nunc argentarij illi putei ab Annibale incohati, quorum vnus tantum trecentas argenti libras cotidie Carthaginenſibus ſubminiſtrabat? Vbi nunc in prouincia Bætica numeroſa illa plumbi inuẽtio? Vbi in Tarraconenſi ad Segobrigam lapidis ſpecularis metalla? Vbi torrentis illius qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura carbaſis ibi primum repertis? Quæ omnia eo vſque euanuerunt, vt ne veſtigium quidem vllum noſtra ætate reperiatur. At econtrario multa ſunt noſtro ſeculo, quæ antiquitas illa aut penitus ignorauit aut genere tantum indiſtincte cognito, differentias rerum non intellexit. Mala citrea vnius tantum generis, ac nominis, atque ita vix cognita apud antiquos fuiſse legimus. Nos vero eius pomi varijs generibus diuerſa nomina indidimus, cidras, naranias, toronias, limas, limones appellantes. Pari ratione cucumeres vna forma atq; nomine apud illos erant, cum repente prouenere in Campania conglobati, & ex illorum ſemine factum eſt nouum genus, cœpiſque appellari melopepones. At vero nos præter anguinum, & cultiuum, & illum in Campania inuentum, adhuc alia genera cernimus, pepinos, badehas, ſandias vocamus. Neque ſolum ijs in rebus: quæ natura conſtant, vocabula ipſa cum rebus oriuntur, ſimul & occidunt; verum etiam vſus, & deſuetudo tantum pollet, vt rebus ipſis

permanen

permanentibus,quædam ex illis obruat, quædam rurſus proferat in lucem. Accipitres eos, qui ſic proprie appellantur:& quibus tempeſtatis noſtræ aucupes vtuntur,in duo genera diſtinxit Ariſtoteles auctor omnium diligentiſsimus,atque humipetas & ſublimipetas appellat,nos Açores,& Halcones dicimus. Sed quod illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inuenta, neq; accipitrum vſus adeo frequens,ſatis habuerunt illos ex ratione volatus in duo genera partiri. Noſtri vero quibus hæc ars eſt in maximo honore, complures in vtroque genere differentias fecerunt, Gauilanes , Açores, Giriſaltes,Neblies,Sacres,Alfaneques,Baharies, Tagarotes:tum plumarum ratione,tum naſcēdi ordine,tum patriæ,prædæ,victus,morúmque varietate diſtinguentes. Contra in apibus animal quo nullum eſt nobis familiarius, & quod ex inſectorum genere ſolum eſt hominum cauſa generatum, multa ſunt, quæ nec apiarij quidem noſtri ſeculi intelligunt: cum à maioribus noſtris ſint perſpecta ſimul & cognita. Quis enim hodie ex mellatione aliud percipit,quam mel & ceram? Pauci ex medicis nouere Propolim,Rhitacen vero quod erat ex fauis mel precioſiſsimum, virtutíſque ad illiciendum mirandæ,ne ſuſpicari quidem poſsunt,quid ſit:cum cleros,metys,piſsoceros magni ad medicamenta vſus omnino illis re,atque nomine incognita ſint. Iam vero ex ijs rebus quę ſunt in promptu,ſempérque fuerunt,multa ſignificantius vno verbo latinus ſermo dicit,quam nos pluribus. Eſto exempli cauſa omen, quod ſignificat illud vt ita dicam,auſpicium,quod captamus ex eo, quod locutus eſt quiſpiam in re per quam diuerſa:ſi velimus Hiſpanum facere,vix multis verbis id poterimus conſequi. Si verteremus in alfil Toledano,recte atque Hiſpane interpretaremur,ſed quid illud ſit perpauci intelligunt. Econtrario multa latinus ſermo habet, quorum vim,etſi latina lingua ſentit, non tamen habet vnum aliquod verbum, quo illa enunciet. Vt ecce à cubito nos fecimus codada,pro eo quod eſt latine cubiti ictus: codear pro eo quod eſt cubito vellere. Quod ſi earum rerum quæ ſunt per naturam conſtantes,vocabulorum tanta mutatio eſt,quid futurum putamus in ijs,quas aut neceſsitas humana cotidie reperit,aut luxuria parit,aut ocium excogitat? Ex hoc genere ſunt veſtes,armamenta, cibi,vaſa, naues, inſtrumenta muſicæ, rei ruſticæ:atque omnium illarum artium,quas in opulentiſsima quaque ciuitate cernimus. Hæc idcirco tam multis repetita ſunt,vt nemo miretur, ſi non ſemper Hiſpanienſia latinis, atque Hiſpanis latina vocabula reddimus. Nihil enim in vtriuſque linguæ dictionibus cōparandis tam præ nobis tulimus, quam illud quod de lege interpretandi eſt à Cicerone dictum elegantiſsime,verba non numerāda,ſed ponderanda eſse. Neque ocioſum quis putet, quod in eodem opere duo ſimul opera edidimus. Nam illud quoque fuit nobis curæ, vt proſpiceremus omnium vtilitati, & eorum qui ex Hiſpano ſermone in latinum venire cupiunt, & eorum qui latinos codices legere audent: nec dum tamen illis cognitio latinæ lingue abſoluta contigit. Volumen tamen ipſum ſub incredibili quadam breuitate cōtraximus; ne pauperes magnitudo precij ab emptione: diuites vero faſtidioſos vmbilicus craſsior à lectione deterreret,ſimul etiam quo facilius ſub ala, atque in ſinu,manúque geſtari, & circūferri poſset. Inſcripſimus autem,nō qua cæteri arrogantia catholicon,pandectas,ceras amaltheas:quod eſt vniuerſale comprehenſorium, cornu copiæ appellantes: ſed pleno verecundiæ titulo lexicon græce, quod eſt latine dictionarium. Tuæ vero amplitudini dedicauimus, non qua fiducia cymbalum illud mundi Apion grāmaticus,qui dicebat illos à ſe immortalitate donari, ad quos opera ſua cōponebat: ſed qua Phidias ille primus Toreuticæ artis repertor, qui cum Athenienſibus ex auro, & ebore memoratiſsimam illam Mineruæ ſtatuam effingeret, noménque ſuum inſcribere non liceret: ſui ipſius per ſimilem imaginem ita clypeo coagmentauit, vt ea conuulſa tota operis colligatio ſolueretur. Ego quoque pari ratione,cū viderem te generis nobilitatem à maioribus accepiam,præclariſsimis tuis virtutibus multo illuſtriorē reddiſse,nomenq; tuum apud noſtræ nationis homines immortale futurū: quia non poteram ego per me ipſum nobilitari,excogitaui rationem,vt ait Poeta,qua poſsem me humo tollere,atq; ipſe fieri immortalis,& in titulo huius operis ita meū nomen cum tuo ferruminaui,vt alterū ab altero diuelli non poſset. Rationes autē,& argumenta quæ nos impulerunt,vt iſto vel illo modo interpretaremur, enarrationes quoque vocabulorū,& cæteras grammaticæ partes in tria illa volumina diſtulimus, quæ ijs de rebus ſumus propediem edituri: opus magnum,diffuſum,atq; varium: quippe quod ex quadringentis circiter probatiſsimis auctoribus conflatum eſt. Eratq; mihi in animo illud in primis edere, niſi eſsem à te Princeps humaniſsime cotidiano prope conuitio exagitatus,vt inciperē iam tandem aliquid emittere,neque te diutius vana ſpe luderem. Quemadmodum igitur ampliſsimæ dignationi tuæ debebūt, qui aliquid vtilitatis ex hac mei operis editione percipient:ita par eſt,vt tibi imputent,ſi quid eſt à nobis præcipitanter atq; inconſiderate editū. Sed antea quam rem ipſam aggrediamur,pauca nobis præmittenda ſunt,quibus omnem noſtram mentem circa dictiones ſingulas explicabimus.

PRincipio omnes dictiones indifferentia eſse quincuplici. Nam aut ſunt Oſcæ, aut Priſcæ, aut Nouæ, aut Barbaræ, aut Probatæ. Oſca ſunt vocabula, quæ & opica poſsunt appellari: quibus Oſci, atque Opici antiquiſsimi Italiæ populi vſi ſunt, ſed quæ ſeculum eruditius omnino damnauit, atque ex vſu penitus excluſit. De quibus libro primo oratoriarum inſtitutionum Quintilianus ait, Neque ſint vtique verba ab vltimis etiam obliteratis temporibus repetita, qualia ſunt proſapia, exanclare, antigerio, & ſaliorum carmina vix ſuis ſacerdotibus intellecta. Priſca verba vt idem auctor inquit, afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione: nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſsa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, vt neque crebra ſint, neque manifeſta: quia nihil eſt odioſius affectatione: qualia multa legimus apud Plautum, Terẽtium & Catonem: atque etiam ex iunioribus Vergilium, & Lucretium. Noua ſunt quæ probatiſsimi auctores auſi ſunt in medium proferre, cum antea nõ eſsent ex Horatij memorabili præcepto, Licuit, ſemperque licebit Signatum præſente nota producere nomen. Sic Cicero à beatus fecit beatitas, & beatitudo: quorum alterum exploſum, alterum receptum eſt. Sic noſtra ætate Franciſcus Philelphus ſtapeda, pro eo quod Hiſpane dicimus eſtribo. Cuius audaciæ quanquam eſt à plæriſque reclamatum, poteſt tamen excuſari, quod nullum inuenit latinum nomen, quo poſset ſignificare id quod volebat, cum neque res ipſa fuerit apud antiquos. Sic & nos ipſi multa in hoc genere ſumus auſi, quibus ego interim cenſeo vtendum: quoad meliora ab alijs fuerint inuenta. Barbara ſunt, quæ ex peregrino ſermone aſcita, latino ſermoni auctores inſeruerunt. Sic Vergilius ex ſermone germanico ſumpſit cateia, quod eſt iaculi genus: ſic ab Afris magalia, quæ ſunt caſæ paſtoriciæ. Sic Cicero à Sardis maſtruga, quod eſt veſtis genus. Sic Iuuenalis rheda, quod eſt vocabulum gallicum, ſignificátque vehiculi genus. Sed vt Quintilianus ait, excuſatur hoc vitium, aut conſuetudine, aut auctoritate, aut vetuſtate: aut denique vicinitate virtutum. Probata vero vocabula ſunt habenda, quibus auctores illi vtuntur, qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium pium: hoc eſt à centiſsimo ante natalem Chriſti anno ad centeſimum quinquageſimum ex quo ſalutem Chriſtianam numeramus. De quo verborum genere Quintilianus inquit, vt nouorum optima erunt maxime vetera, ſic veterum maxime noua. Ex probatis vero alia ſunt vſitata, alia rara. Inter quæ rurſus alia eſt differentia, quod alia ſunt poetica, alia oratoria, alia hiſtorica. Auctoritas vt idem Quintilianus ait, ab Oratoribus, & Hiſtoricis peti ſolet: nam Poetas metri neceſsitas excuſat. Quare ę vocabulis Opicis, atque Barbaris illis tantum vtemur, quæ ſunt ab auctoribus celebrata, atque id quidem rariſsime, nec ſine quadam ignominiæ nota addentes vt ita dixerim, vt ſic loquar, & ſimilia: quibus ſermonis improprietatem excuſare conſueuimus. Priſcis, vero & Nouis raro quoq; & cum verecundia quadam, vt excuſare poſsimus id feciſse, aut in honorem antiquitatis, aut neceſsitate, cum dictionem latinam non habemus, qua id quod volumus, ſignificare poſsimus. Probatis vero quæ ſunt in vſu frequenti, frequenter: raris, raro: poeticis in carmine tantum: oratorijs vero, & hiſtoricis in proſa oratione, atque in carmine indifferenter vtendum. Atque vt in tanta ambiguitate lectorem monere poſsimus, adiecimus cuique dictioni notam, qua cenſeri debet, cuius ſit ordinis. Nam Oſcis. Oſ. Priſcis. Priſ. Nouis. No. Barbaris. Bar. Raris. Ra. Poeticis. Po. quibus vero nihil tale appoſuimus, Vſitata, & Oratoria intelligendum eſt, nam Græcis receptis æquè ac Latinis vteremur. Orthographia vero quia ſimplex non eſt, atque vt ait Quintilianus, conſuetudini ſeruit, & cum temporibus ſæpe mutatur, literaturam illam ſequemur, in quam plærique auctores conſentiunt. Quare meminiſſe debebit is, qui dictionem aliquam requiret, poſſe illam ſcribi per vocalem aſpiratam, vel exilem: vel per æ, vel œ diphthongon, vel ſine diphthongo: per ſimplicem, aut duplicem conſonantem per. ch. ph. rh. th. aſpiratas: aut per. c. p. r. t. exiles. Itaque ſi Orthographiæ ratio lectori non ſatis conſtat, neque ceſsabit ab inquiſitione, quoad omnes locos fuerit perſcrutatus. Inter. i. iota & ypſilon, & ſi tanta diſtãtia eſt, quanta poteſt eſſe maxima inter duas vocales: inter. i. præterea &. v. cum accipiuntur pro vocalibus, & cum pro conſonantibus ſcribuntur, tanta ſit differentia, vt inter duas quaſlibet literas maior eſſe non poſſit, nos tamen vtrarunque ordinem confudimus. Proſodiam quoque ex eiuſdem Quintiliani ſententia in hunc modum deſignauimus, vt cum litera alium, vel alium intellectum prout producta, vel correpta eſt, facit ambiguitatem illam apice diſtinguamus. Eſt quia malus prima producta ſignificat arborem, apicem eidem imponamus, ne putetur ſignificare non bonum. Occido præterea quia media longa ſignificat interficio, eadem breui cado, ſiue pereo: tanta errandi occaſio tolletur apice primæ aut ſecundæ ſyllabę impoſito. Idem quoque fecimus in dictionibus illis, quæ peruersè ab imperitis efferuntur, aut habent accentum paulo reconditiorem. Nam in omnibus id facere eſt quidem ineptiſsimum,

cum

cum virtus,& ars quemadmodum ait Ariſtoteles,circa difficile verſentur. Nemo enim ignorat quo accentu dominus efferatur, quare id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt ſinapis, aratrum, Iacobus,Iſidorus,& alia multa ſecunda ſyllaba à fine breui,atq; eandem accentu graui: & contrario Biſsinus,Adamantinus,Origenes,Hermogenes,penultima acuta:hic omnis labor, hoc opus artis eſt,tantam ignorantiam ex hominum mentibus extirpare. Quia vero poſſet quiſpiam ambigere,quo accentu dictiones incognitæ plæriſque proferantur,apice omnis ambiguitas illa tolletur.

Etymologiæ ratio quam Cicero veriloquium interpretatur,quanquam,latiſsime patet,eius vim præcipuam oſtendimus:cum dictionis cuiuſque intellectum referamus,quod alij fecerunt partim obſcurius,partim negligentius. Nam vocabulorum originem,quoniam in hoc opere ſpacijs iniquis excludimur, in aliud opus differe libuit,tantū adiectus eſt nomini genitiuus,& primę poſitioni verborū ſecunda perſona ſingularis inflectendi modo:vt ſignificaremus quotæ declinationis illa eſſent, hæc vero quotæ coniugationis, quæ res ſignificationem plærunque mutat. In alijs vero quæ partes orationis eſſent,incompendium ſcripſimus.

In Antonii laudem.

Vt patriam quondam Senonum ſubduxit ab armis:
Cum tibi præſtiterit Roma Camillus opem,
Vt toga facundi ſeruauit conſulis vrbem,
Struxerat ardentes cum Catilina faces.
Reſtituit linguam ſic noſtro Antonius æuo,
Et pepulit Galli balbutientis opus.
Furius imperium latium hic Idioma recepit,
Et tamen à Gallo clarus vterque viro,
Hoc duce barbaries pulſa eſt,Hiſpania gaudet,
Cultaque Caſtalijs tota rigatur aquis.
Iam nouus aggreditur non nota volumina tyro,
Intrepiduſque audet verba latina loqui,
Hic prior Arpinas cœpit diffundere chartas,
Et prior hic vatem Mantua parua tuum.
Hunc lege Caſtalidum quicunque vireta ſororum,
Vel pede,vel pedibus liber abire voles.

Ad ſplendidiſſimum Aequeſtris, atq; Senatorii ordinis virum Michaelem Almazanum à libellis, ab aure, à ſecretis Ferdinandi Tarraconenſis, & vtriuſq; Siciliæ, atq; inſularum maris noſtri Regis Clariſsimi: atq; proinde totius orbis Hiſpani moderatoris Aelij Antonij Nebriſſenſis Regij hiſtoriographi præfatio in ſecundam editionem Lexici ſui incipitur fœliciter.

Est apud græcos adagium frequens, latinis acceptū, Hiſpanis vſurpatū, impudenter eos agere, qui eandem filiam duobus ſimul generis locant: in eos dictum qui ex vna opera duplices exigūt mercedes. Quod vere poteſt in me dici, qui Lexica mea Ioanni à Stunica ex Ciſtercienſis ordinis Magiſtro. S. R. E. Cardinali atq; Archiepiſcopo hiſpalenſi dedicata ſemel, nunc Dignationis tuæ nomine, quaſi rem nouam emittimus in vulgum legendam. Poſſem ego iocans purgare me ab hac ambitionis ſuſpitione, licere mihi per leges diuinas & humanas, quod licet patri in demortui generi locū alterū filiæ proſpicere. Sed non eſt meū vetera pro nouis vendere, neq; eandē rem duobus dominis adiudicare. Nam cū ab hinc annos circiter viginti illa duo Lexica cotidiano prope cōuiuio præſulis mei præcipitanter edidiſſem: fateor nō potuiſſe me tātam verborum ſyluam colligere, quāta à me expectabatur. Erant præterea res aliæ cōplures, quæ maiorē exigebāt diligētiam, quā à nobis pro temporis anguſtia præſtari potuerit. In hoc vero opere quod tibi nūc dicamus, adiecta ſunt plura quā decem mille vocabula, & ex ſuperiori editione pluſquā ſexcētæ dictiones in verū idioma Hiſpanum cōuerſæ, cū fuiſſent antea cōfuſæ, aut perperam interpretatæ: omnia vero in meliorem ordinē redegimus. Et ne opus eſſet in quærendis rerū dictionibus multas paginas euoluere, ſeiūximus nomina propria locorum à cōmunibus, atq; verbis, & alijs partibus orationis. Eſtq; nobis in animo ſucceſsiuis quibuſdā horis addere adhuc vocabularia duo, alterū de dictionibus hebraicis, quæ reperiūtur in ſacris literis expreſſa literatura tantū, & accentu, & re quam deſignat: alterū de dictionibus barbaris, quæ cum ſint externa, putantur ab omnibus eſſe latina aut græca: puta ſigalum pro tipha: bladum pro frumēto: tregua pro inducijs. Cumq; res latina cōſtet materia & forma, materiáque ſit in nominibus & verbis cęteriſq; partibus orationis, forma quoq; ex harum partiū cōpoſitione, vtrunque munus eſt à nobis abſolutū. Nam quod ad grāmaticam pertinet, quid alij ſentiant, habes teſtimonium ab ijs, quos iam inde ex Italia cōſuluiſti, quæ eſſet ars aliarū potiſsima, per quam liberos tuos erudiēdos curaris. Quod ad dictionariū, vnde verborum copia depromeretur: omnes cotidie experiūtur, quantum vtilitatis ex eius lectione proueniat: ijs pręſertim, qui ſermoni latino incipiūt dare operā: quorum in numero præclarę indolis pueri ſunt tui. Eorum igitur vſui mitto hunc codicem, nam te maiorē ſcio, quam vt huc deſcenſurū putem, & ne in ſcribundis prologis, vt ille ait, operam abutamur. Vale.

Ad Antonium Nebriſsenſem Arius Luſitanus Epigramma, quo illum hortatur, vt ſuum Lexicon edat.

Cur opus Antoni clarum atq; inſigne recondis?
  Cur negat ipſe ſuum pulcher Apollo iubar?
Ille liber Phœbo ſimilis fulgebit in orbe
  Altior, illuſtrans quæ latuere diu.
Quicquid enim in mundo rerum natura parauit,
  Ordine perſpicuo conſpicienda patent.
Nec genus, aut quæ ſunt tantū cōmunia monſtrat,
  Sed ſpecie in propria quicquid in orbe fuit.
Quis putet hoc ipſum cūctos potuiſſe, quod vnus
  Hiſpanus Varro præſtitit & Figulus?
Nam latias voces noſtris, & græca latinis,
  Et rebus voces reddere difficile eſt.
Durus vterque labor, res nulli tacta priorum,
  Ars tamen, & virtus ardua quæq; petunt.
O vis excellens animi, reſpublica noſtræ
  Hunc Academiæ, diſcipulíque petunt.
Flagitat hunc Medicus, Vates, Iuriſque peritus;
  Theologus, Orator, Philoſophúſque ſimul.
Quis non cunctarum rerum ſibi nomina aperte
  Sermonem in patrium verſa videre velit?
Denique librorum ſyluam diffuſa per omnem;
  Ad nutum proprijs quæq; notata locis.
Vera cano, nec dulcis amor ſic iudicat, immo
  Ex hoc iudicio defluit auctus amor.

A LITERA uocalis, prima in ordine alphabeti. græcè Alpha.

A litera, nota eſt prænominis, & ſola puncto poſtpoſito, Aulum ſignificat hoc modo, A. Gellius.

A literam ſalutarem uocat Cicero pro Milone, quòd nota eſſet abſolutionis: quemadmodum, C. literam triſtem: quòd eſſet condemnationis nota.

A et ab, præpoſitiones ſunt ablatiuæ eiuſdem ſignificationis.

A uel ab iunctum cum uerbis paßiuis, cauſam efficientem, ſiue (ut loquuntur alij) perſonam agentem ſignificat. ut, uictus à Scipione. Id eſt uicit eum Scipio. Scipio lo a vencut.

A & ab, motum à loco ſignificat: ut. A uilla redeo, ab agro, uel ab agris. Torn del mas, del camp, dels camps.

A & ab, interdum per quum declarantur: ſeruiuntque tempori ſignificando. ut, A paruo te noui: Hoc eſt, quum adhuc paruus eſſes. Io te conegut, com foſſes encara minyo petit.

A uel ab, pro de. Venio hinc ab hoſtio. Vinc de aci dela porta.

A uel ab, ſeparationem ſignificat. ut, Diſcedo ab illo. Apartme de aquel.

A uel ab, finitum rei alicuius, aut temporis terminum ſignificat: & ferè ſequitur ad, uel uſque ad. ut, A principio uſq; ad finem. Del principi fins ala fi. A calce ad carceres. Dela fi al principi. A mane uſq; ad ueſperam. De mati fins al veſpre.

A uel ab, pro contra. Virg. Dum teneras defendo à frigore myrtos. pro contra frigus. Mentres que defens les murtreres tendres del fret.

A uel ab, ſequente quoq; præpoſitione ad. plerunque utimur: ubi ab una re ad aliam fit tranſitus. ut, A nequitia ad bonam frugē ſe conuertit. Dela roindat y vellaqueria ſes conuertit a eſſer home de be.

A uel ab, pro poſt. ut, Ab illo tempore ſecum illos habuit. Id eſt poſt illud tempus. Apres de aquells temps los tingue ab ſi. A prandio. Id eſt, poſt prandium. Apres dinar.

A uel ab, nonnunquam ponitur pro uulgari præpoſitione. Per. ut, A frigore ſolet febris incipere. La febre ſol comencar per lo fret. A fronte & A tergo. Per dauant y per derras.

A uel ab, pro per. ut, Mars ſæpe ſpoliantem iam & exultantem euertit, & perculit ab abiecto. Id eſt, per abiectum. La guerra moltes voltes lance y sbat per lo vencut lo qui ja deſpullaue y ſe glorieiaue.

A uel ab, pro præter, ſiue contra. ut Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam. Io fare qualſeuol coſa ſolament no me pregues contra la raho.

Ab alio facere, cum aliquo facere. Ab aliquo ſtare, cum aliquo ſtare. Ab aliquo eſſe, pro aliquo eſſe. Ab aliquo dicere. Hæc ſignificant adiuuare & defendere aliquem, uel cauſam alicuius defenſionemq; cōfirmare ut, ueritas cum hoc facit. La veritat es en defenſio de aquelt. Hoc à me eſt. Aço es en defenſio mia. Aço fa per mi.

A uel ab, cū ablatiuo perſonæ, eleganter domiciliū ſignificat. ut, A iudice uenio. hoc eſt domo iudicis. Vinc de caſa del Iutge.

A, propter. ut, A metu infamiæ. Id eſt propter metum. Per temor de infamia.

Ab, pro erga. Ab innocentia clementißimus. Id eſt, erga innocentiam. Clementiſsim enues los qui no tenen culpa.

A uel ab, pro parte, ſiue ex parte. ut, Ab Romanis tubæ cornuaq; cecinerunt. Les trompetes y cornetes ſonaren dela part dels Romans.

A uel ab, iunctum cum certis nominibus, miniſtros ſignificat. ut,

Ab actis. Qui notant ac recitant acta in iudicijs.

Abatis. i. Qui præeſt menſuris frumentarijs. i. batis.

Ab accidentibus. Per lo qui te carrec de poſar per ſcrit les coſes que ſobreuenen, y dar auis de aquelles.

Ab aure. i. cum quo princeps ad aurem loquitur. Secretari.

A. caliculis. i. Qui præeſt uaſis. Reboſter de plata.

A commentarijs. Per lo qui te lo regiſtre dels preſones.

A confeßionibus Reginæ. Lo confeſſor dela reyna.

A cubiculis. Per lo camarer.

Ab epiſtolis. Qui præeſt deſcribendis epiſtolis. Per lo ſecretari qui ſcriu les lletres y les porte a firmar al Rey o altre Senyor.

Ab extis. Aquel qui per les entranyes deles beſties diuinaue les coſes ſdeuenidores.

A libellis. Aquell per qui lo Rey reſpon ales petitions Qui ſcriu letres citatories.

A latere regis. Per los amichs familiars del Rey. Qui li eſtan al coſtat.

A manu ſeruus, & à manibus. Lo qui ſeruex de ſcriua.

A memoria. Per lo qui fa recordar al ſenyor lo q̄ a de fer.

A pedibus. Vn patge, vn lacay, o moço de ſpuelas, o lo qui deſcalce al ſenyor.

A poculis. Per lo coper.

A pugione. Per lo patge qui porte lo ſtoc dauant lo rey.

A punctis. Per lo qui te carrec dels aquæduyts.

A rationibus. Per lo qui te carrec dels comptes del Rey.

A ſecreto. uel à ſecretis. Per lo ſecretari del princep.

A ſcrinijs. Per lo qui guarde la caxa dels libres.

A ſtudijs. Aquell qui te carrec del ſtudi del princep.

A uoluptatibus. Per lo qui te carrec dels plaes del Rey.

A ages. eos. per. H. in fine interpretatur infrangibilis.

A aptos. u. interpretatur intangibilis & innocuus.

A aſchetos. u. interpretatur irretentibilis. e.

Abaſcantos. u. interpretatur inuidia uacuus.

Abaphus. Adiectiuum pen. corr. non tinctus colore.

Abacion. abacij. neutri generis Idem quod Abaculus.

Abactor. oris. m. g. Per lo lladre de beſtiar

Abactus. a. um. Per coſa menada per furt o per força.

Abactus magiſtratus. Priuat del offici.

Abactio. onis uerbale. Per aquella obra de furtar. qui Abigeatus.

Abactus. us. ui. Aquella violent expulſio.

Abacus. abaci. pen. bre. m. g. Banc o ſeti.

Abacus. i. Per lo parador dela plata

Abacus. i. Per la tauleta per ſcriure.

Abacus. i. pro capitello uel epiſtylijs columnarum.

Abacus. i. Per lo tauller per a jugar a ſcahs.

Abaculus. i. Pee la taula per a iugar o per a comptar.

Abalieno.as pen.pro. abalienaui. Per alunyar de ſi alguna coſa.
Abalienatus participium. Alienat.
Abalienatio.onis.uerbale. Abalienament.
Abambulantes. Abſcrdentes.
Abamita.æ.pen.corr. La germana del pare de noſtre beſaui dela part del pare.
Abaſes.dicuntur regiones in deſertis habitatæ.
Abatos.interpretatur locus inacceßibilis homini.
Abauus.i.pen.corr. Per lo quart aui.
Abauia.æ. Per la quarta auia.
Abauunculus.i. Per lo germa dela quarta auia.
Abax.abacis.pen.corr. Eſtuig de pots, eſcudelles, o altres vaſos.
Abba.dictio Syra eſt ſignificans patrem. Vnde inclinatum uidetur nomen Abbas.abbatis Monachorum antiſtes. Abat.
Abbatiſſa.æ. Abadeſſa.
Abbatia.æ. Abadia.
Abbreuio.as.are. Abreuiar. *Cuius exemplum apud idoneum auctorem non reperitur.*
Abdico.as.pen.corr.are. Per deſeretar lo fill en vida.
Abdicatio.onis.uer. Per aquella obra de deſeretar en vida
Abdico. abdicis.pen.prod.abdixi abdictum abdicere. Lancar, reprobar, denegar.
Abdicatiuus.a.um.pro eo quod eſt negatiuus.a.um.
Abdo.is.abdidi.abditum.pen.corr.abdere. Amagar.
Abditus.pen.corr.participium. Amagat.
Abditum.abditi.pen.corr.ſubſt. Loc amagat y ſecret.
Abditè.aduerbium.occultè, ſecretò, abſconditè. Amagadament ſecretament.
Abdomen.pen.lon.abdominis.n.g. Tota aquella part del home ont ſta ſituat lo lombrigol la qual conte los inteſtins.
Abdomen.inis. per la graxura dels porchs,
Abdomen.inis. Per pexos groſos.
Abduco.abducis.pen.lon.abduxi.abductum.abducere. Menar ſen de algun loc algu ab li per amor o per força.
Abductio.onis.uer. Per aquella obra de menar ſen.
Abductus.participium. Amenat.
Abedæos.u.interpretatur inſtabilis inconſtanſq;.
Abecedarium.i.latinè dicitur, quod à græcis Alphabetum.
Abedo.abedis.pen.corr.abedi.ere.Idem quod exedo.
Abellina.æ.pen.pro.nux eademquæ abellana. per auellana.
Abelteria.æ.interpretatur ſtoliditas ſiue inſipientia.
Abelteros. interpretatur ſtolidus ſiue ignarus.
Abemo.is.pen.cor.abemi abemptum. Per comprar de algu
Abemito.as.inquit Feſtus pro demere ſiue auferre.
Abemptio.is. per aquella obra de comprar de algu.
Abeo.abis.abiui. per anar de loc o perſona.
Abiens.abeuntis.participium. Per lo qui partex y ſen va.
Abitio.onis.uerb. La partida.
Abitus.huius abitus.pen.corr.m.g.uerb. Departiment.
Abitus. Loc per ont nos ne podem anar.
Abequito.as.pen.cor.aui.atum.are. Fogir ſen de algun loc, anar ſen a caual.
Abereeo.es.aberecui.abercitum. per apartar.
Aberro.as.aui. Per deſuiarſe de algun loch o perſona.
Aberratio.is.uerbale. per aquella obra de apartarſe axi.
Aberrunco.as.pro auerrunco uerbum antiquum pro eradico.
Aberruncaſſo.is.pro eo quod eſt aberrunco.as.
Aberruncatio.onis. Per aquella obra de arrancar.
Abſore.pen.corr.futurum infinitiui ab abſum pro futurum eſſe.
Abgrego.as.pe.cor.abgregaui. Per apartar como deramat
Abgregatio.onis.uerbale. Per aquella obra de apartar axi
Abhinc.aduerbium temporis. Deſpux.
Abhorreo ab humanitate.pro eo quod eſt alienus ſum.
Abhorreo a literis.pro eo quod alienus ſum a literis.
Abhorres.es. abhorrui.ere.ablatiuo iungitur cum præpoſitione à uel ab.& ſignificat prorſus alienum eſſe.
Eſſer del tot apartat.
Abiectus.a.um.participium ab abijcio.is.abieci.
Abiectio.is.uerbale Per aquella obra de lanſar de ſi.
Abies.etis.pen.cor.ſ.g. Per auet arbre. *quæ græce dicitur eate*
Abiegnus.a.um. Per coſa de materia de aquell arbre.
Abietarius.ij. Per lo fuſter de aquell fuſt.
Abietaria negotia. Per la mercaderia de aquell fuſt.
Abies palma. Per vna eſpecia de palma que creix en alt.
Abies.etis. Per vna planta que nex en las pedras.
Abigeus.à iureconſultis dicitur idem qui abactor.oris.
Abigeatus.crimen dicitur idem quod abactio.onis.
Abigo.is.pen.corr.abegi.abactum. Per apartar o eſquiuar.
Abijcio.is.pen.corr.abieci. Per ſacudir o lanſar de ſi.
Abiectio.onis.uerb. Falta de animo.
Abiectus.abiectior.abiectißimus.nomen ex participio ut abiectus homo. Home abiecte de qui nos fa ningun cas.
Abiectè aduerbium qualitatis. Abiectament.
Abintegro aduerbium. Per nou o deſdel comens.
Abinteſtato dicitur aduerbialiter. Per ſens teſtament.
Abios.u.interpretatur non curans de uita.
Abiotos.u.per.Ω.in penultima interpretatur non uicturus.
Abyſſos.u.interpretatur ſine profunditate.
Abitio.onis.uel abitus.us. Per la partida de algun loc.
Abiudico.as.pen.corr. Per leuar alguna coſa per ſentēcia.
Abiudicatio.onis. Per la obra de leuar axi alguna coſa.
Abiugo.as.pen.corr.aui. Per apatar o deſunir vn de altre.
Abiugatio.is.uerbale. Per aquella obra de apartar vn de altre.
Abiungo.is.abiunxi.abiunctum. Per allo mateix.
Abiūctio.is.uerba. Per aqlla obra de apartar hu de altre.
Abiuro.as.pe.pro.aui. per negar alguna coſa ab iuramēt.
Abiuratio.is.uerbale. Per aquella obra de negar iurant.
Ablabia.æ.per.ei.in.pen.interpretatur incolumitas.
Ablabes.eos.interpretatur incolumis.e.
Ablacto.as.aui.i.alacte remouere. Per deſmamar.
Ablactatio.onis.uerbale. Per aquella obra de deſmamar.
Ablaqueo.as.aui. Per eſcauar e netejar los arbres.
Ablaqueatio.onis.uerbale. Per aquella obra de eſcauar los.
Ablatiuus. latinorum caſus ſextus ab auferendo dictus.
Ablego.as.pen.pro.aui. Per enuiar enbaxada de algū loch
Ablegatio.is.uerbale. Per aqlla obra de enuiar embaxada
Ablectæ.ædes.i.nitidæ & elegātes quæ emptores facile inuitent
Ablepſia.æ.animi inconſyderantia.interpretatur cæcitas. Per la ceguedat.
Ableuo.as.pro ſubleuo.as. Per leuar de loch.
Abligurio.is.pē.pro.iui. Per guaſtar ſo del ſeu en lepolias.
Abliguritio.is. Per aquell guaſt en lepolias.

Abloco.as.pen.corr.aui. per leuar & apartar de loch.

Ablocatio.onis. per aquella obra de apartar de loch.

Abludo.is.pen.prod.abluſi.abluſum.abludere. Semblar.

Abluo.is.pen.corr.ablutum.pro eo quod eſt lauo.as.

Ablutus.participium.pen.prod. Lauat neteiat de aygua.

Ablutio.onis. per aquella obra de lauar.

Abmatertera.a. per la germana de la quarta auia.

Abmitto.is.abmiſi.pen.prod.abmiſſum.abmittere. Enuiar.

Abnato.as.pen.corr.abnatare. Anar ſen de algun loch nadant.

Abneco.as.pen. prod.are. Matar.

Abnego.as.pen.cor.aui. per negar ſlaſtomantſe.

Abnegatio.onis. per aquella obra de negar axi.

Abnepos.pen.corr.otis. per lo quart net o net del net.

Abneptis.is. per la quarta neta o neta del net.

Abnormis.e.ſiue enormis.e. per coſa fora de regla.

Abnormitas.is.ſiue enormitas.is.aquella irregularitat.

Abnocto.as.ui.atum.are. Dormir la nit defora.

Abnodo.as.pen.prod.are. Tallar los nus dels arbres.

Abnuo.is.pen.cor.abnui.nutum. per negar mouent lo cap.

Abnuto. as. aui.pen. produ.frequentatiuum ab eo quod eſt abnuo.is.

Abnutio.onis.ſiue abnutus.us. per aquella obra de negar.

Abnutiuus.dixit iuriſconſultus pro.eo quo negatiuus.

Aboleo.es.pen.cor.obolui.l.eui. per raure o leuar.

Aboleſco.is.abolui. per deſuezarſe.ab.

Abolefacio.is. per raure o deſacoſtumar.a.

Abolitus.pen.cor. participium. Abolit fora de us.

Abolitio.onis.uerbale. Abolitio.

Argyrini, populi Epirotici. Steph.
Argyrippa, ciuitas Apuliæ quæ & Argos Hippion & Argi dicitur.
Argyrondos, fluuius Aetoliæ propter argenteum aquæ colorē.
Argyrotoxos, argenteum arcum ferens, quo nomine dictus eſt Apollo.
Argytes, fluuius eſt Hyberniæ. Ptol.
Aria, antiquum nomen Thraciæ. Steph.
Aria, regio A*ſiæ maioris prope* A*rianam.*
Aria, una eſt ex Satrapijs Indiam terminantibus.
Aria, regio quam nunc uulgo Turqueſtan *uocant.*
Ariana, regio eſt Aſiæ maioris prope Gedroſiam.
Aria, inſula in Ponto E*uxino. Pomp.*
Ariabignes, fuit Darij ex filia Gobryæ filius.
Ariadna, filia Minois Cretæ regis ex Paſiphae.
Ariadna, inter aſtra relata, uocatur corona Gnoſia.
Ariamaze petræ, iuxta O*xum fluuium.*
Ariamnes, fuit nobiliſſ. Armeniæ ciuitas. Tortell.
Ariapythes, Scytharum rex, ut notat Tortell.
Ariarathes, Cappadociæ *rex fuit. Volat.*
Ariaria gens Caduſiis *finitima. Steph.*
Ariathis, nomen uiri proprium. Tortellio.
Ariratbera, urbs præfecturæ Sargarauſe*næ in Cappadocia.*
Ariaſſus. ciuitas Carbaliæ *in Pamphilia.*
Aricanda, Myniarum opp. iuxta Pamphyliam.
Aricandos, flu. in Lymiram Lyciæ influens.
Arichi, orum populi ſunt in Sarmatia Aſiatica.
Aricia, urbs fuit in Latio in uia Appia. Hodie Rizza en Campanya de Roma.
Aricia puella fuit Attica Hypoliti uxor. Verg.
Aricia, æ. ciuitas eſt Hiſpaniæ. Ptol.
Aricinus, a. um. adiectiuum: ut Aricinum aruum.
Aricinum nemus, erat iuxta Ariciam urbem.
Aricinus lacus, erat iuxta Ariciam urbem, qui ſpeculum Dianæ uocabatur.
Aricomiſci Galliæ Narbonenſis populi qui & Arecomici.
Aricum, opp. eſt Locridis regionis.
Arienates, populi ſunt Vmbriæ, qui interierunt.
Arieni, populi Aſiæ fuerunt qui periere. plin.
Aries, cœleſte ſignum primum in Zodiaco.
Arietis, frons promontorium Tauricæ regionis.
Aribel, quidam putant eſſe Areopolim ab idolo Martis, quod illic ſitum eſt. Interp leo dei.
Arij, populi ſunt ultra Indiam.
Arij ſunt Aſiæ Scythicæ populi. Herod. *lib. 4.*
Arigenæ, flu. Bituricenſium *in Gallia Lugdunenſi.*
Arimantas, Plutonis cognomen apud Perſas.
Arimaſpus, fluuius eſt Scythiæ in Aſia aureis arenis abundans. Luc.
Arimaſpi, populi ſunt in Scythia Aſiæ, uerſus Septentrionem, unum oculum tantum in fronte habentes.
Arimaſpi, populi Scythiæ Europæ, uerſus Aquilonis exortum. Plin.

Ariminum,urbs uetus in Flaminia iuxta Rubiconem.Vulgo. Rimino.
Ariminus,flu.eſt Ariminum præterfluens.
Ariminenſis,adiect.incolæ Arimini. Hor.
Arimara,ciuitas eſt Syriæ ad Euphratem fluuium.
Arimantis,uicus eſt in Cyrenacia regione.
Arimphæi,populi ſunt Scythiæ,qui baccis uictitant.
Arimphæi,populi ſunt Aſiæ prope montes Riphæos.
Arimus,rex Myſiæ ſiue Meoniæ Varroni.
Arimi,populi Syriæ Homero celebrati.
Arina,op.mediter.Mauritaniæ Cæſarienſis.
Arindela,pars quædam,aut uicus Paleſtinæ. Steph.
Aripa,opp mediterr,Mauritaniæ Cæſarienſis.
Ariobarzanes,Cappadociæ rex,qui Pompeio in Pharſalico bello (fauit.
Ariomardus,fuit Darij filius. Herodot.
Arion,Methymnæus Citharœdus & poeta Liricus.
Arion,fuit equus iugalis Adraſti Argiuorum regis.
Arionius,a um.adiect.ut lyra Arionia.
Ariſbe,urbs Phrygiæ iuxta Pontum. Hom.
Ariſbe,urbs fuit Leſbi terræmotu ſuburſa.
Ariſbe.opp.eſt in Rhœtis littoribus.Luc.
Ariſbus,flu.in Thracia prope Cebrenios.Steph.
Ariſtæus,fuit Appollinis ex Cyrene filia Peni regis Arcadiæ filius,mellis & uenationis inuentor.
Ariſtagoras, fuit præfectus exercitus Darij contra Græcos. Herod.
Ariſtarchus, Grammaticus Alexandrinus.Suid.
Ariſtarchus Tegeates,poeta Tragicus Suidæ.
Ariſtarchus alius Epheſi tyrannus Suidæ.
Ariſtea,inſula in ſinu Argolico.Plin.
Ariſteas,Proconneſius genere uerſificator Suidæ.
Ariſteum,opp.Thraciæ in Aemo monte.
Ariſtides, Philoſophus Athenien. nobilitate & iuſtitia inſignis fuit.
Ariſtides,alius Rhetor & Sophiſta Philoſt.
Ariſtides,item Thebanus fuit pictor Apellis tempore.
Ariſtides,orator Athenienſis,cuius multæ extant orationes.
Ariſtides Athenienſis philoſophus Chriſtian. Hie.
Ariſtippus Cyrenæus.fuit philoſophus Socratis auditor.
Ariſtippus Metrodidactus,huius ex filia nepos. Cic.
Ariſtippæus,a um.adiect.ab Ariſtippo.
Ariſto,onis.fuit Platonis pater.
Ariſto,philoſophus Cous Zenonis auditor.Cic.
Ariſtobulus,nomen proprium Iudæorum regis.
Ariſtobulus, Iudæus ex Paneade unus fuit ex.72. bibliæ interpretibus.Euſeb.
Ariſtobulus,alter Iudæus ſcripſit res geſtas Alexandri
Ariſtobulus,pictor natione Syrus.Plin lib.35.cap.11.
Ariſtocles,dictus eſt Plato ex aui paterni nomine poſtea autem ob humerorum latitudinem Plato appellatus.
Ariſtocles,Lampſacenus philoſophus Suid.
Ariſtocles, Megarenſis Sophiſta ſcripſit de Rhetorica & alia nonnulla.Suid.
Ariſtocles,Orchomeni tyrannus.
Ariſtodemus Niſæus filius Menecratis Ariſtarchi diſcipuli.
Ariſtodemus alius,qui magni Pompeij filios erudijt.Strab.
Ariſtodemus,actor eſt fabularum, Gell.lib.11.cap.9.
Ariſtogenes Thaſius,medicus ſcripſit libros in medicina ad Antigonum Macedoniæ regem Suid.
Ariſtogenes, Gnidius medicus ſeruus Chryſippi philo.
Ariſtogiton,orator fuit Athenienſis impudens.Suid.
Ariſtogiton Harmodius liberator tyrannidis Piſiſtrati.
Ariſtolaus,Pauſiæ diſcipulus unus è ſeueriſſimis pictoribus. Pli.
Ariſtomache,uxor Dionyſii tyranni.
Ariſtomaches,nomen prop.uxoris Dionis.
Ariſtomachus,uiri proprium qui amore opum ultra modum flagrauit.Plin.14 cap.19.
Ariſtomachus,alius qui de arte uini ſcripſit.Plin.
Ariſtomenes,uiri Athenienſis comici proprium.Suid.
Ariſtomenes, nomen Meſſenij uiri quem iuſtiſſimum uocat. Hieron.
Ariſton,ſculptor cuius meminit Plin.34.cap 8.
Ariſton,iureconſultus quidam doctiſſimus. Gellio.
Ariſtonicus, Grammaticus Alexandrinus ſcripſit in Theogoniam Heſiodi Suidæ.
Ariſtonicus,eunuchus Ptolemæi dux belli fortiſſ.
Ariſtonidas,nomen ſtatuarij.Plin.lib.34 cap.14.
Ariſtonides,pictor,de quo Plin.lib.35.cap..11.
Ariſtonymus,poëta comicus ſub Philadelphis.
Ariſtopatra, mater Crateri cuiuſdam qui ſub Alexandro militauit.Strab.
Ariſtophanes, poëta comicus Rhodius, lege Athenienſis, docuit fabulas.54.Suid Eius extant.11.
Ariſtophanes,alter Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, Callimachi diſcipulus.Suid.
Ariſtophaneus,a.um.adiect.ut Ariſtophaneus uerſus.
Ariſtophon,no.pictoris eſt.Plin.lib.35.cap.11.
Ariſtophontos,quaſi optimatum occiſo.
Ariſtor, Crotopi fuit filius & pater Argi centoculi.
Ariſtoteles,Stagirites philoſophus Platonis auditor.
Ariſtoteles,philoſophorum præcipuus Peripateticorũ princeps.
Ariſtotelicus,a.um.& Ariſtoteleus,a um adiectiua.
Ariſtoxenus, Tarentinus philoſophus & medicus nobiliſſimus.
Ariſtoxenus,alter Cyrenæus in hortorum cura ualde delicatus fuit.Suid.
Arius,flu.eſt Ariæ regionis Bactrianis conterminæ.
Arius, Scythiæ populus eſt. Luc lib.3.
Arla,locus eſt Magorum montibus clauſus.
Armactica,ciuitas eſt in Iberia Aſiatica.
Armalchar,alio nomine Euphrates fluuius eſt Plin.
Armauiara,ciuitas Armeniæ maioris,Ptol.
Armena,ciuitas eſt Galatiæ regionis.Ptol.
Armenia,regio Aſiæ inter Taurum & Caucaſum montes ſita.
Armenia,eſt duplex.Plin Maior & Minor.
Armenia maior,regio eſt confinis.Colchidi à ſeptentrione.
Armenia minor,regio contermina maiori.
Armeniacus,a.um.aliquis ex Armenia:ut Armeniaca mala.
Armeniæ Pylæ,quas ſubmittit Taurus mons.
Armenium,ciuitas prope Bœbeidem lacum.
Armenius,mons eſt ab initio Hyrcaniæ.Steph.
Armenochalybes,populi mixti ex utriſq;.
Armedon,onis. inſula eſt prope Cretam.
Armiæ,populi ſunt Libyæ interioris.Ptol.
Armiſtæ,pop.fuerunt Liburniæ regionis.
Armoricæ,pro Aremoricæ,ciuitates Cæſari. Per tota la Bretanya.

Armozica, ciuitas prope Cyrum fluuium.
Armozon, Carmaniæ regionis promont, Ptol.
Armuſa, ciuitas eſt Acarnaniæ regionis Epiri.
Armuſa, ciuitas eſt Carmaniæ regionis. Ptol.
Armuſium, Acarnaniæ regionis promontorium.
Arna, ciuitas eſt Vmbrorum in Italia. Plin.
Arna, ciuitas Lyciæ, Xanthus poſtea dicta. Steph.
Arneæ, parua ciuitas Lyciæ. Steph.
Arnates, populi Vmbrorum ab Arna. Plin.
Arne. ciuitas eſt iuxta ſinum Maliacum. Plin.
Arniſſæ, ciuitas eſt Taulantiorum Macedoniæ.
Arnoba, Plin. Abnoba, Ptol. Arbona Tacito, mons eſt ex aduerſo Tauri.
Arnus, flu. eſt rapaciſſimus Hetruriæ. Vulgo Arno.
Arnus, flu. Mæotidem ab Armoriade diuidens.
Arnus, alius fluuius eſt apud Vaſcones.
Arnutæ, populi Galliæ Lugduneñ. ad Sequanam.
Arocceæ, populi Libyæ interioris. Ptol.
Arocha, flu. Locrorum in ora magnæ Græciæ.
Aroë, ciuitas Achaiæ quæ poſtea dicta Patre. Patras.
Aroërni, gens bellicoſa Gallorum. Steph.
Aroma, atis. urbs Cappadociæ in Aſia minori.
Aromata, tum. promont. & emporium in Aualite ſinu in Aethiopia ſub Aegypto.
Aropus, ciuitas quæ antea Rhaga dicebatur.
Aroteres Scythiæ, populi ſunt Thraciæ regionis.
Arotrebæ, populi ſunt Galiciæ in Hiſpania.
Arotia, quondam dicta ſunt quæ poſtea Cretina.
Arpani, populi Hirpinorum in Italia. Plin.
Arpandes, Aegypti pro Cambyſe præfectus Herod.
Arpij, populi ſunt Myſiæ inferioris. Ptol.
Arpi, urbs Apuliæ primo Argipos poſt Argiripa dicta.
Arpinum, urbs Volſcorum in Latio Ciceronis patria.
Arpinates, populi ſunt Arpini incolæ.
Arrha, opp. eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Arrapachitis, pars Aſſyriæ iuxta Armeniam. Ptol.
Arrapa. ciuitas eſt Aſſyriæ Ptol.
Arribantium. opp. eſt Myſiæ ſuperioris. Ptol.
Arrhichi, populi ſunt ad paludes Mæotides.
Arrholus, ciuitas eſt Biſaltiæ in Macedonia.
Arrhoxus promontorium eſt in Peloponneſo.
Arria, Romana mulier quæ ſeipſam gladio confodit.
Arrianus. poëta cuius carminibus Tyberius princeps ualde delectabatur. Suet.
Arrianus è Nicomedia, ſcripſit res geſtas Alexandri magni.
Arrius, familiaris fuit Ciceronis. Hor.
Arrius, Alexandrinus philoſophus Auguſto gratus. Plut.
Arrius, Alexandrinus Arrianæ ſectæ auctor Ruffi.
Arſa, opp. eſt Turdetanorum in Bætica regione. Ptol.
Arſaces, fuit poſtremus Perſarum ex Parthis rex à quo omnes Perſidis dicti fuere Arſacidæ. Ser.
Arſacia, prius Aropus urbs eſt in Media. Ptol.
Arſanca, urbs Germaniæ. Ptol Vulgo Cleppern.
Arſanias, flu. Armeniæ in Euphraten fluens.
Arſanus, alter fluuius eundem influens.
Arſarata, orum, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Arſenaria, Mauritaniæ Cæſarien. colonia. Ptol. Vulgo Arzen.
Arſia, Hetruſc. ſylua fuit Roman. cum Veienti pugna celebris.
Arſicina, urbs Germaniæ. Ptol. Hodie Bruna.
Arſicoras, Sardorum rex tempore Annibalis. Liu.
Arſinoë, aliquando dicta fuit Epheſus. Steph. Vulgo Foglie.
Arſinoë, fuit Ptolemæi Lagi filij & Lyſimachi Macedoniæ regis uxor.
Arſietæ, pop. ſunt in Sarmatia Europæ. Ptol.
Arſinoë, urbs Cyrenaicæ regionis. Ptol. Vulgo Trocara.
Arſinoe, opp. in littore ſinus Arabici Vadian. Vulgo Suezzia, port del mar vermell.
Arſinoë, opp. eſt Cypri inſulæ. Ptol.
Arſinoe. opp. eſt in Aegypto. Ptol.
Arſinoites nomus, præfectura eſt Aegypti. Ptol.
Arſinoë, opp. eſt Ciliciæ. Strab. & Ptol.
Arſinoë, opp. eſt Aetoliæ Strab.
Arſinoitica præfectura eſt Arſinoitæ nomus.
Arſia, flu. eſt terminus longitudinis Italiæ.
Arſinoſia, palus Armeniæ maioris eſt.
Arſinus, Argiuorum flu. qui & Abſortus dicitur.
Arſinus, lacus eſt introrſus prope Tigrim.
Arſamoſata. ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Arſenium, urbs Germaniæ. Ptol. Vulgo Prinſintza.
Arſicaca, ciuitas eſt Mediæ mediterranea. Ptol.
Arſyſia, regio Pſyrorum & Chij. Steph.
Arta, locus ubi poſtea Zebedos fundata.
Artebanus, filius Hiſtaſpis & frater Darij Perſarum regis.
Artabazes, Armeniæ rex filius Mithridatis. Plut.
Artabicia, inter inſulas Propontidis Step. numeratur.
Artabri, pop Galiciæ in Hiſpania.
Artabrum, eius loci promontorium Pomponio. Vulgo Cabo Finisterra.
Artaca, mons arboribus plenus In Cyzicenorum inſula
Artace, es urbs Mileſiorum colonia in Aſia. Strab.
Artace, caſtellum Bithyniæ. Ptol. Vulgo Carpi.
Artacena, regio eſt Syriæ. Strab. lib. 16.
Artachæas, fuit dux in exercitu Xerxis. Herod.
Artageras. proprium eſt Syri hominis. Strab.
Artanes Sophenus, rex Armeniæ. Strab, lib. II.
Artanes flu. in Iſtrum defluens. Herod.
Artaphernes fuit unus ex ducibus Darij. Herod.
Artaunum, urbs Germaniæ. Ptol. Hodie Herbipolis Vulgo. Vuirtzburg.
Artaxa, rex Armeniæ à quo ducebat originem Tigranes.
Artaxata, orum. metropolis Armeniæ. Stra. Vulgo Cohi.
Artaxiaſata, urbs item Armeniæ ſic à conditore Artaxia appellata. Strab.
Artaxerxes, filius Xerxis, rex Perſarum. Iuſtin.
Artaxerxes, Longimanus dictus fuit & alio nominie Aſſuerus.
Artaxerxes, alius Cyri iunioris frater cognomento. Memnon.
Arteatæ, fuerunt gentes Perſicæ. Herod.
Artembares, fuit uir clarus apud Medos. Herod,
Artemidorus Gnidius, Romæ Græcæ diſciplinæ præceptor fuit Bruti familiaris. Plut.
Artemidorus Daldianus, ſcripſit de interpretatione ſomniorum, Suid. qui extant.
Artemis. Diana ſic dicta quaſi aërem ſecans. Strab.
Artemiſia, regina Halicarnaſſi Mauſoli Cariæ regis uxor. Suid.
Artemiſium, promontorium eſt Eubœæ. Suid.
Artemiſium, eſt quoq; Dianæ ſimulachrum. Suid.

Artemi-

Artemiſium, apud Macedones Maium menſem ſignificat.
Artemiſium, mons eſt Arcadiæ. Plin lib 4. cap. 6.
Artemiſium, lucus eſt prope Ariciam Dianæ facer.
Artemita, ciuitas inſignis quæ. 500. ſtadijs à Seleucia diſtat. Strab. lib. 15.
Artemita, inſula eſt Ortygiæ proxima quam alij Celaduſam uocant.
Artemius, Romæ præfectus carceris, qui cum filiabus martyriũ ſub Adriano principe paſſus eſt. Vo.
Artemon, Syrus quidam plebeius Antiocho regi ſimilis.
Artemon, medici nomen. Plin lib. 28 cap. 1.
Artemon, uiri pictoris proprium. Plin lib. 35. cap. 11.
Artbabatitæ, populi quadrupedium ferarum modo uagi. Plin.
Artigis, Hiſpaniæ ciuitas Ptol. Vulgo Alhama.
Artochmes, unus fuit è Xerxis ducibus. Herod.
Artymneſſus, ciuitas Lyciæ Xanthiorum colonia. Steph.
Artynia, ſtagnum eſt minoris Aſiæ. Steph.
Aruales fratres. dicti ſunt ſacerdotes quos Romulus primus inſtituit Gell. lib. 6 cap 7.
Aruerni, Galliç populi ſuper Ligerim ſiti. Strabo. Vulgo. Auuergne.
Aruſium, promontorium eſt inſulæ Chij. Plin. lib. 14. Vulgo Maruiiia.
Arunca urbs Italiæ ab Auſione conſtructa.
Arunci, populi habitatores in Arunca. Liuio.
Aruns, Vates Thuſcus diuinandi ſcientia inſignis. Luc.
Aruns, no. uiri qui Camillam occidit. Verg Aeneid.
Aruntius Paterculus, uiri nomen in equum aureum quum ipſe conflauerat iniecti. Plut.
Arupenum, opp. eſt Galliæ. Strab. lib. 5,
Arupinus. eſt Pannoniç urbs. Strab. lib. 7.
Aryandes, Aegypti prætor fuit à Cambyſe conſtitutus.

A. ante. S.

Aſachæ, popu. ſunt in montibus Aethiopiç. Plin.
Aſacus, flu eſt alluens Heracleam ciuitatem Liuio.
Aſa, uicus eſt Peloponneſi, non procul à Genea ciuitate. Steph.
Aſæ, nomen eſt proprium montis Suidæ.
Aſæus unus Græcorum ab Hectore interfectus. Hom.
Aſander, uiri proprium eſt. Strab lib. 7.
Aſaris, flu Heracleam alluens qui Aſacus & Aſaſſus. & Plin. Apyla dicitur.
Aſbeſtæ. Libyæ pop. ubi Ammonis oraculum fuit Vol.
Aſbetæ. populi ſunt iuxta Cyrenem. Ptol.
Aſbotus, urbs Theſſaliæ. Steph.
Aſbilus, Crotoniata, cuius meminit Pauſanias.
Aſea, fons in quem demergitur Eraſinus.
Aſca, Siciliæ ciuitas ab Elymo Troiano condita. Ser.
Aſcalaphus, Martis & Aſtyoche filius Hom.
Aſcalaphus, alius fuit Acherontis & Orphnes filius.
Aſcalingium, urbs Germaniæ. Ptol. Vulgo Hildesheym.
Aſcalon, Palæſtinæ Idumeorum ciuitas. Strabo. Vulgo Eſcalona
Aſcalonitæ, qui ex Aſcalonia ſunt. Ioſeph.
Aſcalus, Tantali frater fuit Hymenæi filius. Steph.
Aſcalus, Hymenæi fuit filius Aſcalonis conditor.
Aſcania, inſula maris Mediterr non procul ab Andro
Aſcania, regio eſt Phrygiæ & urbs, Euſtat.
Aſcania, palus eſt in Troade Euſtat.

Aſcanius, lacus eſt Bithyniæ propinquus Olympo monti.
Aſcanius Aeneæ ex Creuſa filia Priami filius.
Aſcanius, Phrygiæ, fluuius a quo Aſcanius dictus.
Aſcanticus, mons Aſiæ.
Aſcaucalis. urbs Germaniæ. Ptol.
Aſchalitæ, populi iuxta Indicum ſinum. Steph.
Aſchium, ciuitas Achaiæ. Steph.
Aſciburgium, urbs ducatus Cliuiæ in Germania inferiori. Vul. Doesburch.
Aſcitæ, Arabes dicti ſunt ab utribus. Pli. 6. cap. 39.
Aſclepiades, nomen hiſtorici Cyprij.
Aſclepiades, alius fuit philoſophus cæcus Cic.
Aſclepiades, alius poëta, à quo carmen Aſclepiadeum.
Aſclepiades, Pruſienſis medicorum eloquentiſſ. Plin.
Aſclepiades. alius fuit Antiochenus martyr.
Aſclepiades, Myrleanus ludimagiſter in Turdetania. Hiſpaniæ regione. Strab lib. 3.
Aſclepiades, Anazarbeus ſcripſit de fluminibus.
Aſclepiodorus, pictor ætate Apellis fuit. Plin.
Aſclepiodorus, Alexandrinus, mathematicus ſingulari ingenio fuit. Suid.
Aſclepius, filius fuit Machaonis & nepos Aeſculapij. Sanct. Auguſt.
Aſcletario, mathematicus fuit Domitiani temporibus.
Aſconius Pædianus, hiſtoricus circa Neronis tempora ſcripſit orat Ciceron. commentaria Suidæ.
Aſcus, gigas, qui Dionyſium cum Lycurgo in fluuium coniecit. Steph.
Aſcra, uicus Bœotiç ad radices montis Heliconis.
Aſcræus, adiect. ab Aſcra quæ Heſiodi fuit patria.
Aſcruium, urbs Liburniæ. Ptol hodie Aſcriuium.
Aſculum, opp. eſt Apuliæ, ubi Romani cladem magnam perpeſſi ſunt. Plut.
Aſdrubal, gener Amilcaris patris Annibalis Liuio.
Aſdrubal. alius fuit Annibalis frater. Plut. in Anni.
Aſdrubal alius Giſconis filius. Plut. in Scipione.
Aſdrubal alius cui Caluo cognomen erat Liuio.
Aſdrubal, alius dux tertij belli Punici Liuio.
Aſdynis, inſula parua, iuxta paludem Miridis. Steph.
Aſea. uel Aſeates, uicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit. Steph.
Aſellius Sempronius, hiſtoricus ſcripſit res geſtas apud Numantiam ſub Scipione Aemyliano.
Aſellius Claudius eques Romanus ſub Nerone Volat.
Aſembobiti, populi dicti ſunt à Sembobiti inſula.
Aſia, tertia pars terræ in deſcriptione orbis.
Aſia minor, eſt quæ Phrygia & Lycia concluditur.
Aſia, ciuitas eſt in Peloponneſo. Strab.
Aſia, ciuitas eſt Suſianæ regionis. Ptol.
Aſia, palus eſt Myſiæ Cayſtro flu. cohærens. Ser.
Aſianus a um. & Aſiaticus a, um adiectiua ab Aſia.
Aſiba, ciuitas eſt Cappadociæ iuxta Pontum.
Aſilas, auguris nomen qui Aeneæ in auxilium uenit contra Turnum. Verg lib. 10.
Aſine, urbs eſt Peloponneſi iuxta Meſſeniam. Strab. Vulgo Farenomeni.
Aſindum, ciuitas eſt Hiſpaniç. Ptol.
Aſine, es. una eſt ex Sporadibus in mari Adriatico.

Aſiænus

Aſinæus ſinus,in quo Aſinæ Peloponneſi ſunt.
Aſines,æ.flu.eſt Siciliæ inſulæ.Vulgo Falconara.
Aſini faux,locus eſt in Peloponneſo.
Aſinius Pollio,celebris orator fuit Romæ.
Aſinius Gallus,eius filius,uir fuit doctiſſ.Senecæ.
Aſinius Capito.ſcripſit epiſtolarum librum Gellio.
Aſis,Vmbriæ mons eſt Vulgo. Aſi
Aſiſium,opp cui mons imminet ·τ Aſiſinates eius oppidi incolæ.Ptol. & Plin.Vulgo Aſiſi.
Aſius.filius fuit Dymantis & frater Hecubæ.Hom.
Aſii,alij fuere quorum paßim meminit Hom.
Aſius,Semnonum flu.in Italia.Ptol.Vulgo Eſino.
Aſius.campus prope Cayſtrum fluuium. Hom.
Aſophis,regio eſt Achaiæ prius Arethyrea dicta.
Aſopæi,populi ſunt Epiroticæ regionis.
Aſopus,ciuitas Eubœæ quæ poſtea Caryſtos.
Aſopus,opp.Peloponneſi in ſinu Laconiæ.Ptol.
Aſopus, Achaiæ flu.qui per Bœotiam in Epidaurum effluit.
Aſopus,fuit Oceani & Terræ filius.
Aſopus,flu.eſt Peloponneſi.Volat.
Aſopus,Aſiæ flu.qui cum Capro flu. Laodiceam præterfluit.
Aſopia,regio Aſopo fluuio finitima.
Aſopiades,eſt Aeacus Aſopi nepos.Ouid.
Aſorus flu.eſt alluens Heracleam ciuitatem.Liuio.
Aſpa,ciuitas eſt Parthicæ regionis.Ptol.
Aſpa,ciuitas eſt Arabiæ fœlicis.
Aſpalathia,urbs Taphiorum.Steph.
Aſpaſiatæ,populi ſunt Perſidis regionis.
Aſpaſia,mulier Mileſia magnæ doctrinæ famæ.
Aſpaſius,ſophiſta fuit Rauennas Demetriani filius.
Aſpaſius,Byblius cognomento.eo quod de Byblo.i.papyro librũ condidiſſet Suid.
Aſpaſius,Tyrius hiſtoricus de continente hiſtoriã ſcripſit.Suid.
Aſpathines,vnus ex Perſis qui cum Dario in Magnum & Smerdim coniurarunt.Herod.
Aſpelia,unum ex Cypri inſulæ nominibus. Chipre.
Aſpendius citharœdus fuit à quo prouerbium, Aſpendij citharista.Eraſ.in Chiliad.
Aſpendus,Pamphyliæ urbs Argiuorum ædificium.
Aſphaltus,uel Aſphaltites,Lacus eſt Iudææ in quo fuerunt Sodoma & Gomorrha qui nihil præter bitumen gignit,nunc Mare mortuum dicitur.
Aſphax,populus in Cypro.Steph.
Aſpionia,ciuitas eſt Bactrianorum.
Aſpis extrema,in Aethiopia ſub Aegypto.Ptol.
Aſpis,mons eſt quoq; in eadem Aegypto Ptol.
Aſpis,nomen inſulæ prope Cyclades.
Aſpis nomen præterea urbis in Lycia & Caria.
Aſpis,Numidiæ promont,quod & Clypea dicitur.
Aſpis,opp. Syrtis magnæ in Africa Ptol.
Aſplendon opp eſt Bœotiæ regionis.Ptol.
Aſporenus,mons eſt Aſiæ Pergamo proximus.
Aſpuca,opp.eſt Numidiæ nouæ in Africa Ptol.
Aſpurgiteni,pop ſunt ad Phanagoriam.Ptol.
Aſpurgiani,populi circa Mæotim paludem.Step.
Aſſa,ciuitas iuxta Athon,item uicus Scythiæ.Steph.
Aſſacani,Indiæ regio eſt in qua Magoſa ciuitas.
Aſſanias,æ.flu.Mauritaniæ Tingitanæ.Melius Aſaniæ.
Aſſaracus,Trois regis Troiani filius Anchiſis aui.
Aſſaradon,ultimus Aſſyriorum rex Sennacherib filius.
Aſſara,flu. Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Aſſeriates,populi decimæ regionis Italiæ.Plin.
Aſſiſia apud Meleſios Pallas uocabatur.
Aſſorum,mons Sami,à quo fluit Amphilyſus.Steph.
Aſſorus ciuitas eſt Siciliæ.Ptol.melius Aſerus.Vulgo Aſaro.
Aſſorini,ſiue Aſerini populi eius urbis incolæ.
Aſſos,ciuitas Cretæ ubi uetuſtiſſ. Iouis templum fuit.
Aſſos,ciuitas Troadis arte & natura munita.Vul. Sancti quarenta.
Aſſos,urbs fuit Myſiæ Steph.
Aſſos,alia fuit in Lycia, Alia in Epiro.Steph.
Aſſuerus,fuit Cyrus Xerxis filius Ioſeph.
Aſſur,Iudææ ciuitas quam ædificauit Salomon.
Aſſurus,opp.eſt Numidiæ nouæ in Africa.
Aſſuritanum,opp.Africæ propria dictæ.
Aſſyrani,populi ſunt Tauricæ regionis.
Aſſyria,regio Aſiæ maioris,quæ nunc Syria.
Aſſyrij,ſunt qui poſtea dicti ſunt Syri & Syrij.
Aſta,colonia Bæticæ Hiſpaniæ non procul à Gadibus. S.Lucar de Barrameda.
Aſta,opp.Liguriæ,antiquum nomen adhuc retinens.
Aſta,opp.Italiæ prope Hydruntum.
Aſtanus,& Aſtenſis,adiectiua ab Aſta ſuperiori.
Aſtaboras,flu.Nilum influens.Strab.
Aſtacana,ciuitas eſt Bactrianæ regionis.Ptol.
Aſtaces,flu.eſt in Pontum defluens.Plin.
Aſtacilis,opp.eſt Mauritaniæ Cæſarien.Ptol.
Aſtaceni,populi Indiæ inter Cophem & Indum.Strab.
Aſtacus,ciuitas eſt Acarnanum in Epiro.
Aſtacus,urbs Aſiæ in Ponto ſiue Bithynia.
Aſtacus,ciuitas eſt in ſinu Olbiano.
Aſtacenſis ſinus,cui adiacet Aſtacus Ponti ciuitas.
Aſtacouri,populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Aſtacures,populi Africæ propriæ dictæ.
Aſtæ populi,Thraciæ.Steph.
Aſtaphos,ciuitas eſt Thraciæ.
Aſtapas,cui Aſtapus flu.eſt Aſia.Strab.
Aſtapolis,ciuitas eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.
Aſtaroth,antiqua ciuitas Og regis Baſan.
Aſtaroth,duo caſtella in Bethania.
Aſtarte,inſula in Aethiopia.Steph.
Aſtarte,dea fuit Syrorum. Aelian.Tertul.
Aſter,puer Platonis carminibus celebratus fuit.
Aſteria,Deli & Rhodi inſularum nomen eſt.
Aſteria,filia fuit Cei Titanis filij,à Ioue in cotburnicem uerſa.
Aſterion,mons Peloponneſi in ſinu Argolico.
Aſterion,ciuitas eſt Theſſaliæ in alto monte ſita,quæ nunc Pireſia dicitur.Steph.
Aſterion,urbs eſt in Syria Lact.
Aſterion, flu. Achaiæ in Nemea ſylua.
Aſterion, Cometæ filius qui Iaſonem in Colchos nauigantem ſecutus eſt Val. Flac.
Aſteris,promont.eſt in medio Sami & Ithacæ ſitum.Vulgo. Didaſcalio.
Aſteris,ciuitas eſt Hiſpaniæ.Ptol.
Aſteropæus,Pelagonij filius qui cum Pæonijs uenit ad Troiam.
Aſternſia,mons Cretæ ad meridiem,mare reſpiciens.

Aſterusia, Indiæ urbi Cretenſium colonia.
Aſterusii & Aſterusiani, huius urbis incolæ.
Aſtica, regio eſt Thraciæ in qua Apollonia. Strab.
Aſticla, inſula eſt prope Cretam quæ & Aſtypalæia.
Aſtigi, urbs eſt Bæticæ Vulgo Ecija. A qua Aſtigitanus ager. Plin.
Aſtiochia, mater Tlepolemi Herculis filij Bocat.
Aſtoa, uicus eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Aſtromi, populi monſtroſi ſine ore in India. Pli.
Aſtrea, ciuitas Illyriæ. Steph.
Aſtræa, filia Aſtræi gigantis & Auroræ, iuſtitiæ Dea.
Aſtræus, unus ex Titanibus qui contra deos arma ſumpſit.
Aſtrabe, es una eſt ex Cycladibus.
Aſtrate, inſula eſt in ſinu Arabico. Ptol.
Aſtromeda, ciuitas eſt prouinciæ Narbonenſis.
Aſtron, flumen eſt Aeolidis regionis.
Aſtrophe, es, una ex Pleiadibus.
Aſtu, indeclinabile, ciuitas eſt Athenienſium.
Aſtur, ſiue Aſturia, ciuitas Hiſpaniæ in qua Aſturcones equi gignuntur.
Aſtura, flumen & inſula in Latio prope Antium. Stora.
Aſtura, Hiſpaniæ flu. a quo Aſtures Hiſpaniæ pop.
Aſturia, regio & ciuitas Hiſpaniæ, prope Luſitaniam.
Aſturica Auguſta, Hiſpaniæ Tarraconenſis urbs. Pto. Vulgo. Aſto rga, olim Roma.
Aſturicus, a. um. & Aſturicenſis adiectiua ab Aſturica.
Aſtures, populi Hiſpaniæ Aſturiæ cultores.
Aſturicani, populi Sarmatiæ Aſiaticæ.
Aſtuſapes, eſt idem flu. qui Aſtapus Plin.
Aſtuia, Germaniæ urbs. Ptol. Vulgo Bodenhuſen.
Aſſus, urbs Myſiæ Mileſiorum colonia. Volat.
Aſyla ciuitas Hiſpaniæ iuxta Luſitaniam. Ptol.
Aſty, nomen quo olim Græcia urbes uocabantur. Dio.
Aſty, dicebantur Athenæ & Alexandria per excellentiã. Ste.
Aſtiages, uiri Troianorum & Aſſyriorum regis proprium.
Aſtyages, Cyaxaris Medorum regis filius. Herod.
Aſtyages, item unus ex illis qui à Perſeo uiſa Gorgone in marmora mutati fuerunt. Ouid.
Aſtyalus, uir fuit Troianus à Neoptolemo interemptus.
Aſtyanax, Hectoris fuit ex Andromacha filius. Verg.
Aſtycratia, filia fuit Aeoli Hom Odyſſeæ. lib. X.
Aſtydamas ſenior, tragicus Athenienſis. Suid.
Aſtydamas iunior, ſenioris filius item tragicus. Suid.
Aſtydamia, Ormeni filia quam Hercules rapuit.
Aſtylus, unus fuit ex Centauris. Ouid.
Aſtylus, Crotoniata curſor 3. Olympicis uicit. Plau.
Aſtymedusa, Oedipi Thebarum regis fuit uxor.
Aſtynome, quæ & Chryſeis Chryſe Apollinis ſacerdotis filia
Aſtynous, princeps quidam Troianus à Diomede interfectus.
Aſtyocha, fuit uirgo ex qua Mars genuit Aſcalaphum.
Aſtyochia, uirgo quam Hercules ex Ephyre Laconiæ ciuitate rapuit, & ex ea Tleopolemum genuit.
Aſtypaleia, inſula eſt una e Cycladibus. Plin. Vul. Stampalia.
Aſtypaleia, Coorum fuit urbs antiquitus Strab.
Aſtypaleius, a. um adiect. 6 ſyllabarum ab Aſtypaleia.
Aſtypala, ciuitas fuit in Attica regione.
Aſtyra, ciuitas eſt Aeolidis regionis.
Aſtypale, ciuitas Aſtypaleiæ inſulæ.

Aſula, per ſimplex ſ opp in agro Brixiano. Vulgo Aſoli.
Aſychis, rex fuit Egypti. Herod. lib. 2.
Aſylas, nomen uatis cuiuſdam Verg. lib. X.

A. ante. T.

Atabyria, prius dicebatur quæ poſtea Rhodus. Vulgo Rodas.
Atabyris, mons altiſsimus in Rhodo inſula. Strab.
Atabulus, uentus in Apulia præcipue ſpirans.
Atacini, populi ſunt prouinciæ Narbonenſis.
Atea, urbs Laconica, & alia Phœniciæ. Steph.
Ateon, Ariſtei filius ex Autonoë Cadmi & Hermionis filia.
Atalanta, uirgo uenatrix Iaſii Argiuorum regis filia.
Atalanta, filia Cenei regis in Scyro inſula curſu nobilis.
Atalanta, inſula locata in Oppuntem Strab. libro. 9.
Atalanta, fons eſt in porticu Cyphantarum. Pauſan.
Atalanta ciuitates duæ Locridis regionis.
Atalanta, inſula iuxta Piræum. Steph.
Atargata, dea Syrorum quæ & Atergatis. Strab.
Atarna, urbs Myſia in Aſia non procul ab Aſſo. Step.
Atarne, Darij Perſarum regis frater Herod.
Atarpheni, gens magna Arabiæ. Steph.
Ataſii, populi ſunt Maſſagetarum & Coraſiorum.
Atax, flu. prouinciæ Narbonenſis. Lucan.
Atecua, opp. eſt Bæticæ in Hiſpania.
Atella, opp. Campaniæ. Vulgo Anuerſa.
Aternia, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Melius uidetur Alternia.
Aternus flu. Italiæ inter Ferentanos Plin. Vulgo Peſcara.
Ateſte ciuitas eſt regionis Venetæ Plin Vulgo Eſte.
Athamas, Aeoli filius pater Phryxi & Helles.
Athamas, Theſſaliæ Phthiotidis mons. Plin hinc Athamantes.
Athamas fluuij no qui ſuo tactu linguam incendit.
Athamanes, populi ſunt Epiri. Ptol.
Athanaſius, præſul Alexandrinus Arrianorum inſidias maximas perpeſſus fuit. Volat.
Athanatus, uir prodigioſæ fortitudinis. Plin.
Athanes, flu. Scythiæ Thraciæ in Iſtrum fluens.
Athedon, uicus eſt regionis Palæſtinæ.
Athenæ, arum ciuitas Græciæ inter Achaiam & Macedoniam, nunc uicus eſt. Vulgo Satines.
Athenæ, arum. rebus bellicis & bonis artibus celeberrimæ.
Athenæ, Diades cognominatæ Euſeb. Cæſ.
Athenarum promont iuxta Ciſſos in Ponto.
Athenienſium portus, in ſinu Saronico Peloponneſi.
Athenæum, Campaniæ promont eſt.
Athenæum locus erat Mineruæ dicatus Athenis.
Athenæus, nomen celebris coſmographi Græci.
Athenæus, e Seleucia Ciliciæ philoſophus. Strab.
Athenæus, Naucratita, librum compoſuit Dipnoſophiſtarum.
Athenion, pictor eximius iuuenis mortem obijt. Plin.
Athenodorus ſculptor fuit marmorarius Plin.
Athenodorus, Athenienſis philoſophus Stoicus, Dionyſii Areopagitæ præceptor. Suid.
Athenopolis, opp. eſt Maſsilienſium. Plinio.
Atheſinus, fluuius effluens e lacu qui in Apennino eſt. Vulgo. Toſi.
Atheſis, flu. naſcens ex Tridentinis Alpibus Vulgo Ades. Es del territorio de Verona.
Athochari, populi ſunt Scythici in Aſia. Herod.

Athna, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol. Melius uidetur Altina, ut in Græco codice habetur.
Athos, mons eſt altiſſ. inter Macedoniam & Thraciam. Vulgo. Montanya ſancta.
Athos, promont. & ciuitas Macedoniæ. Ptol
Athrax, pater Hippodamiæ primus artem magicam apud Theſſalos conſtituit.
Athrax, flu. Aetoliæ, à quo Athraces pop.
Athribites nomos, Aegypti præfectura. Ptol.
Athribites, flu eſt Aegypti. Ptol.
Athritæ, populi ſunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Athrula, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Strab.
Athrys, flu. eſt Thraciæ in Iſtrum fluens.
Atimotus, libertus Cæſaris fuit teſte Tortell.
Atina, ciuitas Latinorum mediterranea. Ptol.
Atina, opp. Lucanorum in Italia. à quo Atinates.
Atina, opp. Venetorum quod interijt. Plin.
Atinoni, populi iuxta Peucen Iſtri inſulam.
Atiſcoti, populi Britanniæ.
Atlanticæ inſulæ, duæ ſunt quas beatas uocant.
Atlanticum mare, Oceanus occidentalis eſt, El mar Oceano.
Atlas, Aſiæ nymphæ filius, Mauritaniæ rex, primus aſtrologiæ inuentor.
Atlas, mutatus in montem ſui nominis miræ altitudinis dicitur.
Atlas, rex Italiæ, pater Electræ uxoris Coryti.
Atlas, Arcadiæ rex Mercurij auus. Ser.
Atlas, flu. in Iſtrum uerſus ſeptentrionem fluens.
Atlas, antis. mons eſt Mauritaniæ Tingitanæ. Vul. Mont Clar.
Atlantes, populi ſunt Eubœæ. Ptol.
Atlantici Cambolectri, prouinciæ Narbon. populi.
Atlantes, populi ſunt Aethiopiæ.
Atobani, populi Aethiopiæ ſub Aegypto.
Atoſſa, filia fuit Cyri. Herod. lib. 4.
Atracius, nomen uiri qui primus magicam in Thracia inuenit.
Atra, ciuitas inter Euphratem & Tygrim. Steph.
Atragia, inſula eſt una ex Cycladibus.
Atramitæ, populi ſunt Arabiæ fœlicis. Plin.
Atramitia myrrha, quæ ab Atramitis. Plin.
Atrani, populi Hirpinorum in Italia Plin.
Atrax, flu. Aetoliæ in Epiro.
Atraces, populi eius fluuij accolæ.
Atrax, ciuitas eſt Pelaſgiotarum in Macedonia.
Atrebates, populi Galliæ Belgicæ Ambianis Tornacenſibus & Morinis finitimi. Vulgo Los de Artoes.
Atrebatij, populi Angliæ prope Dobunos. Ptol.
Atrebaci, populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Atreus, filius Pelopis & Hippodamiæ, *rex Mycenarum.*
Atria, urbs Venetiæ poſtea dicta Adria.
Atria, Hetruriæ primo, hinc Hetruſcos dictos putant.
Atria, urbs eſt à qua Atriaticum mare appellatur Steph.
Atrianus, flu. eſt Venetiæ. Ptol. Vulgo Ades.
Atridæ, dicti ſunt Agamemnon & Menelaus. Horat.
Atroa, ciuitas Mauritaniæ Cæſarienſis, melius credo Altao ut Græca habent.
Atropatia, regio & pars Mediæ. Strab. lib. II.
Atropatus, dux Medorum, à quo Atropatia dicta.
Atropos, una Parcarum filia Demorgonis & Noctis.
Atta, proprium cuiuſdam tragici uel comœdi.

Atta, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Attacana, ciuitas eſt Bactrianæ regionis. Ptol.
Attabes, & Numenius latrones fuerunt famoſiſsimi.
Attacum, opp. Hiſpaniæ. Ptol.
Attali, reges Pergami in Aſia dicuntur de quibus Strabo.
Attalia, ciuitas Pamphyliæ in ora maritima. Vulgo Satalia.
Attalia, ciuitas conuentus Pergami. Strab.
Attalus, nomen Pergami regis pecunia ditiſsimi.
Attalienſes cultores ſunt utriuſq; Attaliæ.
Attalida, ciuitas eſt Lydiæ condita ab Attye. Steph.
Attalis, tribus eſt Atticæ. Steph.
Atteius, Philologus Libertinus Athenis natus. Suet.
Attella, ſiue Attellæ, arum, opp, Oſcorum in Campania. Vulgo Anuerſa.
Attellanus, a. um. unde Attellanæ comœdiæ.
Attelebuſa, inſula eſt in mari Lycio.
Atthis, idis. Cranæi filia, unde regio Attica.
Attica, regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam.
Atticus, a. um. adiect. ut Attica eloquentia.
Atticitus, flu. eſt Sarmatiæ Aſiaticæ. Pto.
Attidiates, populi ſunt Vmbriæ in Italia.
Attilius Regulus, conſul Romanus. Cic.
Attrebates, populi ſunt Belgicæ qui & Atrebates.
Attila, natione Scytha, Pannoniam ſubegit, Italiam ingreſſus, Aquileiam ſubuertit.
Atuatucum, Galliæ Belgicæ urbs. Pto. forte Anuers.
Atura, opp. eſt Galliæ Aquitanicæ.
Auturius, Galliæ flu. Ptol. Vulgo Dou.
Atys, Lydorum rex, Herculis & Omphales filius.
Atys, flu. Siciliæ. Plin. lib. 3 cap 8.
Atys. Herculis & Omphales filius.
Atys, puer Phrygius, à Cybele adamatus in pinum arborem Cybeli ſacram uerſus. Ouid.
Atys, filius Limniaces nymphæ, à Perſeo interemptus.
Atys, alius Crœſi Lydiæ regis filius,
Atys Syluius, Albæ Syluij filius regnauit annis, 19.

A. ante. V.

Aualites ſinus, eſt in mari Erythræo. Strab.
Auantici, populi Heluetiorum. *Pli. lib. 3.*
Auanticum, opp. in Alpibus deſertum. Plin.
Auanticum, opp. Sequanorum Germaniæ. Ptol.
Auara, ciuitas eſt Arabiæ Petreæ. Ptol.
Auaricum, opp. Celtarum in finibus Bitrigum. Vul Chaſteau neuf en Berry.
Auarinnæ, ſiue Varinnæ, populi ſunt Germaniæ.
Auarni, populi ſunt Sarmatiæ Europeæ. Ptol.
Auarpi, populi ſunt Germaniæ magnæ.
Auarum. promont. eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptol.
Auaſis, urbs Aegypti, quæ & Oaſis. Steph.
Auchitæ, populi ſunt Aegypti. Ptol.
Auctolycus, fur fuit qui ſe in uarias mutabat ſpecies.
Auctonus, filius Apollinis & Cyrenes Penei filiæ.
Aucula, urbs Thuſcorum. Ptol. Acquapendente,
Audus, flu. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Audon, promont. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Audanij, populi ſunt Italiæ. Strab. lib. 6.
Audon, mons in Africa propriæ dicta.

Auella, ſiue Abella, ciuitas eſt Campaniæ abundans optimis nucibus. quæ auellanæ dicuntur.
Auela, ciuitas Hiſpaniæ, unde Auelenſes.
Auelinum, ciuitas Hirpinorum in Italia. Plin.
Auenio, urbs Galliæ Narbonenſis. Vulgo Auinyon.
Auentinus, mons Italiæ Antea Murtus dicebatur.
Auentinus, mons Romæ ab auibus ſic dictus, uel.
Auentinus, ab Auentino rege Aboriginum ibi ſepulto.
Auentinus, Herculis ex Rhea filius nomen ab hoc monte accepit Seruio.
Auentinus Syluius, Romuli Syluij fuit filius.
Auera, ciuitas eſt Palmyrenæ regionis. Ptol.
Aueroi, populi Galliæ Aquitaniæ ſuper Ligerim ſiti.
Auernus, lacus eſt Campaniæ prope Baias, Vulgo Lach di Tripeegola.
Auerruncus, deus dictus quòd mala auerruncaret. I. auerteret. Varr.
Auſeia, aqua Romæ quæ poſtea Martia dicta fuit.
Auſidena, ciuitas Italiæ Caracenorum. Ptol.
Auſidenates, populi Samnitum ſiue Sabellorum.
Auſidus, uiri proprium qui mella Falerno uino miſcere ſolebat. Horat.
Auſidus, fluuius Apuliæ qui Cannas præterlabitur Vulgo. Fanto, en tecca de Barri.
Auſinates, populi ſunt Veſtinorum in Italia.
Auga, Telephi ſoror ab Hercule corrupta fuit Stra.
Augala, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarien. Ptol.
Augali, populi ſunt Bactrianæ regionis Ptol.
Auge ſiue Augea, mater Telephi Herculis filij.
Augaſij, populi Maſſagetarum. Steph.
Auge, mulier Tegeatis Poëtria. Steph.
Augeia, uel Augea, uel Augiæ, arũ ciuitas eſt in Locride Step.
Augeia, ſiue Augia, opp. eſt Laconiæ in Peloponn.
Augeas, Athenienſis comicus fuit Athenæo.
Augeas, Eleorum rex quem Hercules ſuſtulit Strab.
Augias, Elidenſium rex, à quo Augiæ ſtabulum prouerbium, uide Eraſ. in Chiliadib.
Augila, urbs Libyæ Steph.
Augurina. opp. eſt Hiſpaniæ Bæticæ.
Auguſta Cæſarea, urbs Hiſpaniæ citerioris. Vulgo C,aragoça.
Auguſta Treuirorum, ciuitas Galliæ Belgicæ Vulgo Treues.
Auguſta Emerita ciuitas Hiſpaniæ in Luſitania Vulgo. Medina de rioſeco.
Auguſta Gemella, eadem quæ Tura in Hiſpania.
Auguſta Vindelicorum, urbs Germaniæ. Vulgo Auſpurg, *quæ & Auguſta Druſi.*
Auguſta Vacienorum, ciuitas Galliæ Togatæ.
Auguſta, ciuitas Auſciorum in Gallia Aquitanica.
Auguſta Taurinorum, Colonia Traſpadanæ regionis. Vulgo Turin.
Auguſta Salaſsiorum, colonia in eadem regione Ptol.
Auguſta Valeria, eadem quæ Setabis in Hiſpania.
Auguſta Firma, eadem quæ Aſtigi in Bætica Vulgo Ecija.
Auguſta Noua, ciuitas Areuacorum in Hiſpania.
Auguſta Batienorum, ciuitas Italiæ Ptol. Baſsignaua.
Auguſta Rauracorum, Germaniæ urbs. Baſilea.
Auguſta Romandiorum, ciuitas eſt Belgicæ Ptol.
Auguſta Veſſanum, ciuitas eſt Belgicæ Pto.
Auguſta, ciuitas Bryelicæ regionis in Cilicia Ptol.
Auguſta Prætoria, ciuitas eſt Daciæ Ptol.
Auguſta Tyberij, Germaniæ urbs, Vulgo Ratiſpona.
Auguſta aqua, per aquæductus in urbem ducta.
Auguſtæ, arum. ciuitates Ciliciæ & Italiæ Steph.
Auguſtia, ciuitas eſt Daciæ Ptol.
Auguſti lucus, eſt in prouincia Narbonenſi.
Auguſti turris, in Galicia Hiſpaniæ regione. Lugo.
Auguſtæ, coniuges dicebantur Imperatorum, diuæ autem poſt mortem tantum Volat.
Auguſtodunum, Heduorum urbs in Gallia, Vulgo Auſtum.
Auguſtobriga, ciuitas Hiſpaniæ in Luſitania Ptol.
Auguſtobriga, ciuitas Hiſpaniæ Tarraconenſis Ptol.
Auguſtobrigenſes, populi utriuſq; Auguſtobrigæ.
Auguſtomana, opp. Tricaſiorum in Gallia.
Auguſtonemetum, ciuitas Aruernorum.
Auguſtoritum, Pictonum urbs Ptol. Vulgo Poictiers.
Auguſtus, primus dictus eſt Octauius Romæ Imper. à quo alij dicti ſunt poſtea Auguſti, quaſi augurio conſecrati.
Auguſtum, opp. Africæ ſub Adrimitto Ptol.
Augylæ, populi Africæ iuxta Syrtes Ptol.
Auia, uel potius Liuia. Ptol. urbs Hiſpaniæ Bæticæ Vulgo Villalon.
Auia, ciuitas eſt Veſtinorum in Italia Ptol.
Auia, flu. eſt in campo Pheneo Arcadiæ.
Auidienus, uiri diuitis ſordidi ac parci proprium Hor.
Auidos, opp Africæ ſub Adrimitto Ptol.
Auinenſe, opp. Africæ propriæ dictæ.
Auitta, opp. Africæ propriæ dicta.
Auium opp. inter Tyrum & Sidonem.
Aulas, fluuius Scythiæ ab Acmis montibus in Iſtrum defluens Herod.
Auladis, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Tigrim Ptol.
Aulæ, nauale Cilicum, inter Tharſum & Anchialen. Steph.
Auleroi, populi Galliæ Lugdunenſis Ptol. Los de Roan.
Aulircij & bueaici, populi Galliæ Lugdunenſis Ptol.
Aulis, idis. portus Eubϙæ inſulæ, in quo conuenerunt naues Græcorum ad Troiam proficiſcentium.
Auloerene, es. regia per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Plin. lib. 16. cap 14.
Aulon, mons Calabriæ, contra Tarentinam regionem.
Aulon, ciuitas eſt Macedoniæ regionis Corinthiorum colonia
Aulon, ciuitas eſt Ciliciæ regionis.
Aulon, opp. eſt Achaiæ regionis.
Aulus, prænomen erat olim Romanis familiare.
Aunios, inſula eſt Galiciæ conuentus Lucenſis.
Auo uel Auus, fluuius eſt Galiciæ qui Celerinorum agrum alluit Ptol.
Auradis, ciuitas eſt Mediæ Ptol.
Aurana, ciuitas Arabiæ deſertæ mediterranea. Ptol.
Auranitis, regio eſt Babyloniæ Ptol.
Auras, fluuius eſt prægrandis Europæ in Iſtrum fluens Herod. libro. 4.
Aurelia familia apud Rom. ex Sabinis oriunda.
Aurelia, nomen proprium matris Cæſaris.
Aurelia, quæ Cariſſa, opp. eſt Bætica.
Aurelia uia, una ex tribus uijs ab urbe Romana ad Mutinam.
Aureliani Galli, à Marca ad ſuperum mare inhabitant.

Aure

Aurelianum iter, fertur ab urbe in Gallias per ipſam Aureliã. Antonino.
Aureſinus ſiue Auriginus epiſcopus qui Aurienſis.
Auricornu, promont. Bizantij quod Græci Chryſoceras uocant.
Auringis, urbs eſt Hiſpaniæ Ptol.
Aurinini, populi Italiæ qui poſtea Saturnini.
Auritina, opp. Cyrenaicæ regionis mediterr.
Aurora, Titanis & terræ filia, Luciferi & uentorum mater dicitur, eo quòd cum ea oriantur.
Aurunca, urbs quã condidit Auſon Vlyßis & Calypſoos filius.
Aurunci, populus antiquiſſ. Italiæ Liuio.
Aurunci, corrupte legitur pro Aruncis.
Auſa, ciuitas eſt Hiſpaniæ Ptol.
Auſancalei, ciuitas eſt Liburnicæ regionis. Ptol.
Auſara, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Auſchiſæ, populi Libyæ Herod. lib. IIII.
Auſchi, populi ſunt Aquitaniæ in Gallia.
Auſeculani, populi Hirpinorum in Italia.
Auſei, populi Lybiæ. Steph.
Auſelij, prius dicebantur qui nunc Aurelij.
Auſetani, populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.
Auſenſes, populi ſunt Biturigum in Gallia.
Auſer, flu. Italiæ, prope Lucam qui Piſas abluit. qui & Eſerus. Vulgo Serchio.
Auſeritis, myrrhæ quoddam genus à loco.
Auſigda, ciuitas Cyrenaicæ regionis. Pto.
Auſitis. regio quã Hebraicè dicitur Hus.
Auſobas, flu. eſt Hyberniæ. Ptol.
Auſon, Vlyßis & Calypſoos filius.
Auſonia, ea pars eſt Italiæ ubi nunc Beneuentum.
Auſonia, Hiſpaniæ citerioris prouincia. Vulgo Oſona.
Auſones, Auſonij & Auſonides, Italiæ populi.
Auſonium mare, pars Ionij eſt, alias Siculum.
Auſonius ſophiſta, ſcripſit epiſtolas. Suid.
Auſonius Gallus, *Burdegalenſis poëta cuius extant epigrammata*
Auſter, uentus meridionalis ab hauriendis aquis dictus
Auſtra, opp. eſt Troadis regionis.
Auſtraria, inſula oceani ſeptentrionalis quæ & Gleſſaria. Plin.
Auſtraſia, prius dicebatur quę nunc Brabantia.
Auſtri cornu, promont. eſt Arabiæ.
Auſtria, Pannonię ſuperioris regio. And. Altham.
Auſum, opp. eſt Arabię fœlicis. Ptol.
Auſugum, opp. inter Feltriam & Tridentum.
Auſugani, populi Auſugi incolæ.
Autariatæ, gens eſt Theſprotiæ. Steph.
Auternum, opp. eſt Italiæ. Strab.
Authe, Alcyonei gigantis ab Hercule confoßi filia.
Autini, uel Auteri Hyberniæ populi. Ptol.
Autocanes, mons ponitur Homero in hymnis.
Autochthones, populi quidam, qui à terra originem ſuã referunt
Autolia, ſiue Anticlia Sinonis filia, Vlyßis mater.
Autololes, populi ualidißimi Mauritaniæ. Plin.
Autolycus, filius Mercurij & Chiones Deucalionis filiæ.
Autolycus, alius fur inſignis Parnaßi accola.
Autolycus, alius conditor Sinopis & Iaſonis comes.
Autolycus, alius athleta nobilis pancratiaſtes.
Automalax, præſidium. Ptol. urbs Cyrenes quæ & Pentapolis. Vulgo Eſtam.
Automale, populi Africæ in Aethiopia. Steph.
Automate, inſula una ex Cycladibus inter Theram & Theraſiã. Vulgo Suda.
Automedon, Diorẽ filius Achillis auriga.
Automoli, gens Aethiopica. Steph.
Autonoe, filia Cadmi Thebarum regis & Hermiones.
Autricum, urbs Carnutum. Ptol. Vulgo Chartres.
Autrigones, populi ſunt Cantabrorum in Hiſpania.
Autumedon, no. uiri proprium. Cic. pro ſex. Roſc.
Auximis, opp. Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Auximum, Piceni regio in Italia à quo Auximates populi dicti. Vulgo Oſmo en Marca Anconitana.
Auxumitæ, populi Meroes inſulæ. Ptol.
Auzina, ciuitas eſt Arabiæ deſertæ. Ptol.
Auzina, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.

A. ante. X.

Axantos, inſula inter Hyberniam & Britan.
Axenum, mare quod Ponticum & Euxinum dicitur.
Axia, urbs Locrorum Oxolorum. Steph.
Axiaces, flu. eſt Sarmatiæ Europææ. Ptol.
Axiaces, flu. eſt Myſiæ ſuperioris. Ptol. Vulgo Solina cuya boca corre en el mar mayor.
Axiacæ, populi ſunt Sarmatiæ in Europa.
Axina, ciuitas Italiæ in Alpibus Græcis Ceutronum.
Axiochus, philoſophus cui Plato librũ de morte dicauit & ſcripſit.
Axion, frater AlpheſibϾ quæ Alcmeoni nupſit.
Axium Danubij, *ciuitas. Ptol. in* Dacia.
Axium, ciuitas Myſiæ inferioris. Ptol.
Axius, flu. eſt Mydoniæ quæ pars eſt Macedoniæ. Pto. Vulgo Vardari.
Axon, flu. eſt Doridis regionis in Aſia minori.
Axona. flu. in extremis Remorum finibus. Vulgo Diſne.
Axos, urbs Cherſoneſi Thraciæ.
Axumites, metropolis Aethiopum. Step.
Axylus, Phrix è ciuitate Ariſbe, homo perquam beatus & inſigniter humanus. Hom.

A. ante. Z.

Azaani, populi ſunt Phrygiæ maioris. Strab.
Aza, ciuitas Ponti Cappadocici mediterranea. Ptol.
Aza, urbs Palæſtinæ, quæ alias Gaza. Steph.
Azagarium, ciuitas eſt Sarmatiæ Europæ. Ptol.
Azali, populi ſunt Pannoniæ ſuperioris. Ptol.
Azamora, ciuitas eſt Cataonum populorum. Stra.
Azama, opp. eſt Cirteſiorum in Africa.
Azana. Aethiopiæ regio, ubi ſinus Barbaricus.
Azanes, Arcadiæ populi. Strab. lib. VIII.
Azania, urbs Aſiæ minoris quæ Herod. Aezanum.
Azania, regio interior in Meroë inſula. Ptol.
Azania, uetus nomen Arcadiæ. Steph.
Azanitis, lacus unde Rhyndacus amnis oritur.
Azan, mons Arcadiæ ubi Cybele deorum mater colebatur.
Azanium, fons quidam cuius aquam guſtantibus uini tædium uenit in tantum ut nec odorem ferant.
Azar, mons eſt Aegypti. Ptol.
Azara, ciuitas eſt Sarmatiæ Aſiaticæ. Ptol.
Azara, ciuitas eſt, in qua Palladis & Dianæ templum Strab.

Azaraba,ciuitas eſt Sarmatiæ Aſiati.Ptol.
Azaritius.fons Bithyniæ qui paruos crocodilos nutrit.Strab.
Azata,ciuitas eſt Mediæ.Ptol.
Azenenſes,populi ſunt Atticæ regionis.
Azenia pars tribus Hippotheontidis in Attica.Steph.
Azibinta,inſula eſt una è Cycladibus.
Azicis,opp præfecturæ Libycæ Aegypti.Ptol.
Aziris,ciuitas Armeniæ minoris iuxta Euphraten.
Aziritanum,Ptol.Pli. Abziritanum,Herod.Azirim & Aziriſtum.Herod.Africæ.
Azorium,opp eſt Pelaſgiotarum Macedoniæ.Ptol.
Azotus,urbs Syriæ inter Aſcalonem & Ioppen.
Azotus,urbs Achaiæ Pomp.Strab.
Azotius,a.um.adiect.ut uiri Azotij.
Azuis,uicus eſt Marmaricæ Aegypti.Ptol.
Azylea,opp eſt Acarnanum in Epiro.Vulgo Natolico.

B.

BAal,idolum quod colebatur à Samaritanis.
Baba,ciuitas eſt Mauritaniæ Tingitanæ.Pto.
Babactes & Bactes,nomina ſunt Bacchi.
Babanium,regio eſt Ponti in Aſia.Strab.
Babba,Mauritaniæ colonia quæ & Iulia Cāpe-(ſtris.
Babæ,arum.ciuitas eſt Libyæ.Steph.
Babiæ,arum ciuitas in ſecunda Italiæ regione.
Babiani,populi in ſecunda Italiæ regione.
Babiba,ciuitas Libyæ interioris.Ptol.
Babila ciuitas eſt Armeniæ maioris.Ptol.
Babrantion,locus eſt iuxta Chion.Steph.
Babylas,præſul Antiochenus uita & doctrina uir præſtantiſsimus Euſeb.
Babylon,apud nos confuſio uel translatio dicitur.
Babylon,ciuitas Meſopotamiæ eſt Chaldaicarum gentium caput, à qua reliquum Aſſyriæ & Meſopotamiæ Babylonia appellata.Vulgo Bagadad o Baldaque.
Babylon Aegyptia,ciuitas Aegypti.
Babylonius,a.um. & Babylonicus,a.um adiectiua.
Babilonienſis,e.ad Babylonem pertinens.Plauto.
Babylonij,populi Meroe inſulæ.Ptol.
Babyrſe,caſtellum munitiſſ.Atropatiæ regionis.
Babytaca,ciuitas eſt Perſidis.Steph.
Bacalearum regio,in America eſt.
Bacalearum regio, auri omniumq; animantium feraciſsima.
Bacalearum regio,in multis rebus uincit europam.
Bacalearum regio.plures habet ichthiophagos & ophiophagos.
Bacales,populi ſunt Libyæ iuxta mare habitantes.
Bacaſis,ciuitas eſt Hiſpaniæ.Ptol.
Bacatæ,populi Marmaricæ in Libya.Ptol.
Bacalitis,regio Meroë inſulæ in Aethiopia Aegypti.
Baccæon.populi Hiſpaniæ.Step.
Baccha,uilla quædam circa Mæotidem paludem.
Baccha,æ.uel Bacchis,idis.mulieres fuerunt Bacchi ſacerdotes.
Bacchanal,locus in quo Bacchi feſta celebrabantur.
Bacchanalia,quæ & Dionyſia,dicuntur Bacchi feſta.
Bacchemon,Perſei & Andromadæ fuit filius.Lact.
Bacchi,& Antibacchi,inſulæ in ſinu Arabico.Ptol.
Bacchea,ciuitas eſt Albaniæ.Ptol.

Bacchiadæ,dicti fuerunt qui à Corintho exules in Siciliam deuenere.Ouid.
Bacchides,uiri proprium.Interp luctus fortis.
Bacchides,ducis proprium qui Sinopem urbem Luculo prodidit. Strab.lib.XII.
Bacchilio,fluuius qui de Vicentinis montibus defluit.Vulgo Bachillone.
Bacchina,inſula Smyrnæ adiacens.Plin.lib.V.
Bacchis,ciuitas eſt Aegypti iuxta Mœridis lacum.
Bacchius.gladiatoris nomen.Sueton.in Auguſto.
Bacchus,filius Iouis ex Semele Cadmi filia.
Bacchus ἀπὸ τοῦ βάκχω i.ebrius ſum & clamo.
Bacchus,Deus uini habitus quòd primus uini uſum inueniſſet,unde ſæpe pro uino ponitur.
Baccheius,Bacchæus,Bacchicus,a.um.adiectiua.
Bacchus,martyris nomen qui ſub Diocletiano ad Euphratem cum Sergio paſſus eſt.Volat.
Bachian.occidentalis inſula uerſus auſtrum.
Bachian,iuxta eam inſulam pygmæos habitare fama eſt.
Bactaialle,ciuitas Syriæ in Caſiotide regione.Plin.
Bactra,orum.Scythiæ prouincia ultra Aſſyriam.
Bactra,orum.ciuitas metropolis Bactrianorum.Vulgo Ephra.
Bactri,ſiue Bactriani,populi Scythis finitimi.Hodie Zagatai di-(cuntur.
Bactrianus,a um.adiect.quod ex Bactris.
Bactros,flu.eſt Bactrianæ regionis.Lucan.
Bacuatæ,populi ſunt Mauritaniæ Tingitanæ.
Bacuri,& Bacyriani,gens Parthis & Medis uicina.Steph.
Badacum,ciuitas eſt Noricorum ſiue Bauarorum.Vola.
Badam,uerſus auſtrum inſula eſt
Badam,in ea naſcitur nux myriſtica.
Baxbay , inſula cuius longitudo & latitudo nondum explorata.
Baxbay multi huius inſulæ proxima nauigatione fuere baptizati
Baxbay,incolæ pro cibo arboris truncum , pro potu ſuccum expalmarum ramis expreſſum habent.
Badais,ciuitas Arabiæ fœlicis mediterr.Ptol.
Bades,fluuius eſt Syriæ iuxta quem ſepultus eſt Mennon.
Badatium opp.in Taurica regione.Ptol.
Badel,ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Badei regia,opp.Arabiæ fœlicis.Ptol.
Badia,opp eſt Hiſpaniæ.Valerio.
Badiath,ciuitas Libyæ interioris.Ptol.
Badiza.ciuitas eſt Britanniæ.Steph.
Bæa mons,eſt Cephaleniæ.Steph.
Bæcilia,ciuitas eſt Iberiæ.Step.
Bæbe,ciuitatula eſt Cariæ regionis.Steph.
Bæcula,ciuitas Autbetanorum in Hiſpania.Ptol.
Bænis,flu.Luſitaniæ.Strab.lib.3.
Bænum,opp.eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Bærba,opp.eſt Hiſpaniæ.
Bæſippo,opp.eſt Hiſpaniæ Bæticæ.Ptol.
Bæſampſa,ciuitas eſt in ſinu Arabico.Steph.
Bætica.3.pars Hiſpaniæ ſic à Bæti flu dicta.Vulgo Andaluzia
Bæticus,a.um.adiect.ut color Bæticus,hoc eſt Hiſpanus.
Bætiræ,urbs Galliæ Narbonenſis.Ptol.Vulgo Beſiers.
Bætis,flu.Hiſpaniæ à quo Bætica prouincia dicta Vulgo Guadalqueuir.
Bæticola.æ.pen corr.accola Bætis flu.Sil.
Bætulon,fluui.Hiſpaniæ Tarraconenſis.Pto.Vulgo Beçon.

Bagado-

Bagadonia, pars Macedoniæ, maximè auſtralis. Steph.
Baganum, Neruiorum ciuitas. Ptol. Vulgo Tornay.
Bagaze. ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Bagoas, ſpado turpiter ab Alexandro magno adamatus.
Bagrada, Numidiæ flu, qui iuxta Vticam labitur.
Bagrauandena, regio maioris Armeniæ Ptol.
Baiæ, arum. portus in ora maritima Campaniæ.
Baianus, a. um Baiana littora. Stat.
Baianus ſinus, Baianus portus, Baianus. Lacus. Li Bagni di Tripergola.
Bairon, hiſtoricus ſcripſit Breuiarium rerum ab Alexandro geſtarum. Suidæ.
Baius, Vlyſsis ſocius in Campania ſepultus. Ser.
Bal, quod & Bala, lingua Punica deus dicitur,
Bala, uiri proprium qui ab Alexandro pugna ſuperato è uulnere obijt Strab. lib. 15.
Balanea, opp. Syriæ haud procul à Laodicea Strab.
Balanus, nomen eſt urbis in Epiro.
Balari, populi Montanorum qui ſpeluncas inhabitabant. Strab. liber 5.
Balatea, ciuitas eſt Arabiæ deſertæ Ptol.
Balateni pop ſunt Corſicæ inſulæ maris noſtri.
Balatro uiri proprium Horatio 2. Ser. ſatyra 8.
Balbiæ ſiue Babiæ ciuitas Italiæ unde uina Babiana.
Balbina, uirgo Rom ſub Traiano paſſa eſt. Volat.
Balburo, opp Lyciæ in Aſia minori Steph.
Balceia. ciuitas in Propontide Steph.
Baldraca, puella obſcuri generis, quæ ſui corporis copiam recuſauit Othoni Imp. Volat.
Baleares, inſulæ duæ maris noſtri, Græcis Gymneſiæ dictæ. Plin. lib. 3. cap. 5.
Baleares inſulæ nunc dicuntur Maiorica & Minorica.
Balearis & Balearicus, a. um. adiectiua.
Baletium, maritimum Italiæ, opp. prope Brunduſium.
Baleti, pop. Galliæ per quos Sequana exit in mare.
Baletum, i. flu Italiæ in Brutio littore.
Baliardus, philoſophus quidam Gallicus ac Peripateticus Volat.
Balinienſes, pop in Latio qui & Trebulani dicuntur.
Balius & Xanthus, equi fuerunt Achillis Hom.
Balius ij. ſiue Balio, onis. flu. Galliciæ prope Limiam.
Baliſbega, ciuitas eſt Armeniæ maioris Ptol.
Baliſta, mons in Ciſpadana regione. uul.
Montanya Valeſtra.
Balla, urbs Macedoniæ Steph.
Ballathæ, ciuitas. eſt Meſopotamiæ Ptol.
Laurentum,à Lauro à Latino inuenta dicta eſt Priſc.
Laurens,entis & Laurentes,populi a Laurento opp.
Laurion,locus in Attica regione ubi argentum ſodiebatur.
Laurolauinium,opp. Latij,a Lauinia dictum.
Laurus,opp eſt in Hiſpania.
Laus,flu eſt Brutiorum in Italia.Ptol. Vulgo Cocco es la Baſi.ieata.
Laus Pompeia,opp in regione Tranſpadana.Plin. Vulgo Lodi. Es del eſtat de Mila.
Laus,opp Laconiæ,a Lao fluuio dictum. Steph.
Lauſus,filius fuit Numitoris,quem Amulius occidit.
Lauſus,Mezentij filius quem Aeneas interfecit.Verg.
Lautelæ,arum.locus Romæ ad Ianum Geminum.
Laxy,populi ſunt Scythiæ Herod.lib 4.
Laxia,ciuitas eſt Celtiberum in Hiſpania.Ptol.

L. ante. E.

Lea,inſula una è Cycladibus in mari Aegæo.Plin.
Lea,ſeu Veneris inſula adiacens Cyrenaicæ regioni. Vulgo Illa del pateiarca.
Lea,opp. Africæ ſub Adrimytto Ptol.
Leæna,nomen Athenienſis ſcorti.Plin.lib.34.cap 8.
Leander,adoleſcens formoſiſsimus,ex Abydo Helleſponti.
Leandrius,a um.adiect.ut Helleſpontus Leandrius.
Leandis,ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Leanitæ,populi ſunt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Learchus,filius Athamantis & Inoës.Ouid.Vnde.
Learcheus,a.um Mœſta Learcheas mater tumulauerat umbras.
Lebadia,ciuitas Bœotiæ,Homero Mydæa dicta.
Lebedus,pen.prod ciuitas Colophoniorum in Ionia.
Leben,enis.uel Lebena opp. Cretæ inſulæ.Ptol.
Lebinthus,inſula una e Cycladibus Plin lib 4.
Lebuni,populi ſunt Galliciæ in Hiſpania.Plin.
Lechee, opp.in faucibus Peloponneſi.Plin.
Lechæum nauale,eſt ex altera parte Peloponneſi.Strab. .
Lectum,promontorium inter Aeolidem & Troadem.Plin. Vulgo S.o.piata.
Leda filia fuit Theſtij,& Tyndari regis Laconiæ uxor.
Ledæus,a.um.adiect.ut.Ledæi fratres.Ouid.
Leætani,populi ſunt Hiſpaniæ.Ptol.
Leenum.opp eſt in Sarmatia Europæ.Ptol.
Leenum,flumen eſt prouinciæ Narbonenſis.Pomp.lib.2.
Legea,una ex nymphis,à ſuauitate cantus dicta.
Legerda.urbs Armeniæ maioris.Ptol.
Legio prima auxiliatrix,in Pannonia ſuperiori.
Legio prima Italica,in Myſia inferiori.Ptol.
Legio ſecunda,opp. Mauritaniæ Cæſarienſis.
Legio ſecunda Auguſta,opp Britanniæ.Ptol.Vulgo Leskerd.
Legio tertia Auguſta,in Numidia noua Ptol.
Legio Germanica, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis.Ptolem. Vulgo Leon.
Legionenſis,e.res ad Legionem pertinens.
Leiſos,opp.eſt Bœotiæ. Hom lib 2. Iliad.
Leitus. unus ex quinque Bœotorum ducibus, qui ad Troiam profecti ſunt. Hom.lib.2.Iliad.
Lelanitieus,ſinus maris rubri in Aegyptum uergentis. Plin.
Lelanitieus ſinus,ab alijs Aelaniticus & Alaniticus dicitur.
Lelannonius,ſinus eſt Britanniæ inſulæ.Ptol.
Lelantus,flu.eſt Eubœæ inſulæ.Plin.lib.4.
Lelegeſ, qui poſtea Locri Epicnemidij, populi fuerunt Bœotiæ, Plin.lib.4.cap 7.
Leleges,populi fuerunt in Aſia Strab.lib.13.
Leleges,populi quoque fuerunt Theſſaliæ.Merulæ.
Lelegum urbs. in Icaria eſt, Megalopolis poſtea, tertio Aphrodiſias dicta.Steph.
Lelengis,olim uocabatur Miletus urbs Cariæ.Steph.
Lemani,populi ſunt Hiſpaniæ.Ptol.
Lemanonius ſinus,in Britannia quaſi ſupra Lelannonius.
Lemanus, lacus in quem influit Rhodanus. Vulgo Lach de Loz.na.
Lemnenij,una ex ſeptem gentibus Peloponneſi.
Lemnos, inſula maris Aegæi, è regione montis Atho. Vulgo Stalimene.
Lemniacus,a um adiect.ut ſtirps Lemniaca.Ouid.
Lemniades,fœminæ eius inſulæ quæ uiros occiderunt.
Lemnius,a.um res ad Lemnum pertinens.
Lemon,opp.eſt Theſſaliæ Strab.
Lemothrices,populi ſunt Aquitaniæ.Strab.lib.4.
Lemouices,populi ſunt Galliæ Aquitanicæ.Plin.Vulgo Los de Limoges,en Limoſi.
Lemures,larue nocturnæ,& terrificationes imaginum & beſtiarum.Non.
Lenedos,Clarij Apollinis phanum fuit in Ionia.
Lenæus,Bacchus dictus eſt ἀπὸ τοῦ λινοῦ quod lacum ſignificat, id eſt uas in quo uuæ continentur Verg.
Lentini, ſiue Lentuli, Romani quidam cognominati ſunt à lente, ſicut Cicerones à Cicere.
Lentulus.ciuis Romanus cuius extant Epiſtolæ ad Ciceronem.
Lenus,regio Piſarum:incolæ Lenei Steph.
Leo Byzantius,auditor Platonis,ſophiſta nobilis.
Leochares,unus ſculptorum quæ calauere Mauſoleum. Plin lib. 36.cap 5.
Leodamas proprium philoſophi mathematici.
Leodium, ciuitas nobilis Belgicæ Eburonum populorum, quorum Cæſar meminit.Vulgo Lieja.
*Leon,promontoriũ eſt Eubœæ inſulæ.Ptol.Vul.*Cap mantello.
Leon,flu.eſt Syriæ Phœnices.Ptol.
Leonica,ciuitas Hiſpaniæ.Ptol unde Leonicenſes.
Leonides,nobilis Lacedæmoniorum rex,de quo Plut.
Leonides, Alexandri pædagogus, Quintiliano parum probatus.
Leonina, Aegyptio Vocabulo dicitur, quæ poſtea Nonaria ciuitas.
Leontis,tetrarchia eſt Ciliciæ.
Leonum urbs,ſiue Leontopolis,ciuitas Aegypti.Pto.
Leontopolites nomos,præfectura eſt ibidem Ptol.
Leontos.opp.eſt in Phœnice regione.Plin.lib.5.
Leontium,opp eſt Siciliæ inſulæ. Pto. nunc Lentin.
Leontini,populi ſunt Siciliæ à Leontio opp.
Lepontiæ Alpes Vulgo Los monts atras de Glaris.
Leoſthenes.nomen uiri qui cum ſponſus eſſet interfectus eſt. Hierony contra Iouinian.
Leoſthenes ſinus,poſt Boſphorum Thracium.
Lepaduſa, inſula maris Siculi, adiacens Africæ, Vulgo Lampiduſa.

Lepethymnus,mons eſt Lesbi inſulæ.Plin.lib.6.
Lephana,ciuitas eſt Germaniæ magnæ.Pto.
Lepidotum,ciuitas eſt Aegypti.Ptol.
Lepontij, ſeu Lepontini, populi ſunt Alpini. Plin. Vulgo Die Graupunter.
Lepreon,opp.eſt in Achaia prope Alpheum amnem.Plin.
Lepreum,opp.eſt in Thera inſula. Herod.lib.4.
Lepreatæ,gemini traduntur,Triphyliaci & Arcadici.
Lepſemandus,oppidulum Cariæ.Steph.
Lepſia,inſula una ex Agrijs in ora Cariæ regionis.Plin.
Lepta,promontorium ad orientem Aegypti.Ptol.
Leptis,cognomine magna ciuitas eſt inter Syrtes.Vul. Tripoli.
Leptis parua,ciuitas Africæ propriæ.Ptol. Vulgo Maometta.
Leria,quæ & Hedeta,opp.eſt in Hiſpania.Ptol.
Lerina,inſula contra Antipolim in mari Gallico.
Lerna,Argiui agri locus eſt,ſupra quem fuit Argos oppidum.
Lerna,oppidum eſt Peloponneſi in ſinu Argolico.Pomp.lib.2.
Lerna.alijs,eſt regiuncula Arcadiæ à Lerno rege cognominata.
Lernæus,a.um.res ad Lernam hanc pertinens.
Lerniferus,a.um.adiect. ut,Venenum Lerniferum.Ouid.
Leros,quæ & Leria,inſula in ora Cariæ una ex Cycladibus. Plin. Vulgo Lero.
Leſa,ciuitas eſt Sardiniæ inſulæ.Ptol.
Leſitaniæ aquæ,ponuntur in Sardinia inſula Pto.
Lesbos,inſula eſt nobilis adiacēs Troadi.Vulgo Metelin,*à Mytilene eius urbe præcipua.*
Lesbiacus,a.um.quod ad Lesbon ſpectat dicitur.
Lesbides,dicuntur mulieres ex Lesbo.Ouid.5.Epiſt.
Lesbius,a.um.res ad hanc inſulam pertinens.
Lesbous,a.um.quod ex Lesbo eſt. Horat.Lesboum refugit tendere barbiton.
Leſtorum regio,in India eſt extra Gangem.Ptol.Hodie Regnũ Pego *dicitur.*
Leſtrigones,populi fuerunt in extremo Italiæ. Hom.
Leſtrigonum campi,à Plinio deſcribuntur in Italia.
Leſtrigonius,a.um.res ad Leſtrigones pertinens.Horat.
Letandros,inſula una è Cycladibus.Plin.lib.4.
Lete,ciuitas eſt Mygdoniæ in Macedonia.Ptol.
Lethes,flu.eſt inferorum poetis ἀπὸ τῆς λήθης,*id eſt,obliuione.*
Lethes,qui & Limia,fluuius eſt Hiſpaniæ.Vulgo Guadalete.
Lethæus,a.um.res ad Lethem pertinens.
Lethon,flu.qui Berenicen abluit iuxta Syrtes.Solin.cap.40,
Letoa,inſula adiacens Cretæ inſulæ.Ptol.
Letoia,inſula iuxta Cephalleniam inſulam.Plin.
Letupolis,ciuitas Aegypti,unde Letupolites nomos.
Letus, mons eſt in Ciſpadana regione. Liu. Vulgo L'Alpi de S.Pelegrino.
Leuaci,populi Galliæ Belgicæ. Vulgo Los de Louayna.
Leuana,dea quæ pueris præerat terra leuandis.
Leuanij,populi Aſturum conuentus Lucenſis.
Leuca, opp.eſt Italiæ. Strab.libr.6. Vulgo Cap de Leuca en terra de Otranto.
Leuca.opp.in confinio Cariæ & Ioniæ.
Leucadia,inſula Epiri olim Neritis dicta.Plin. Vulgo Leucada, o S.Maura.
Leucadius,a.um.ut,Leucadius uertex.Lucan.
Leucæ,inſulæ quinque ſunt non longe à Lesbo inſula.
Leucanape,uilla eſt Marmaricæ Aegypti.Ptol.
Leucæthiopes,populi ſunt Libyæ interioris.Ptol.
Leucagus,uir interfectus,excuſſus curru.Verg.
Leucariſtos,opp.eſt Germaniæ magnæ.Ptol.
Leucas,ciuitas Phœniciæ:Balaneæ prius dicta.Steph.
Leucas,inſula eſt adiacens Epiro.Pomp.lib.2.
Leucas,item promontorium Acarnanum in Epiro.
Leucaſia,inſula eſt in mari Tuſco.Plin lib.3.
Leucaſpis,portus in Marmarica Aegypto.Ptol.
Leucaſpis, uir Troianus, cum Aenea in Italiam nauigans, procella obrutus.Verg.lib.6.
Leucata littus,ſiue ora,locus prouinciæ Narbonenſis.
Leucates,promontorium eſt Epiri mare intrans.
Leucates mons,Verg.Leucatæ nimboſa cacumina montis.
Leuce acte,id eſt,album littus,in Marmarica Aegypto.
Leuce,inſula parua quæ & Achillæa,circa Boryſthenem quæ & Macaron appellata.
Leuce,inſula eſt prope Cretam.Plin.lib.4.cap.12.
Leuci,pop.Galliæ Belgicæ prope Lingones. A ont Vuy ſe troba la ciutat de Toul e nel ducat de Losena.
Leuci.i.albi,montes ſunt Cretæ inſulæ Ptol.
Leuci Camini,uicus Marmaricæ Aegypti.Ptol.
Leucippides.i.filiæ Leucippi,à Caſtore & Polluce raptæ ſunt.
Leucippus, philoſophus qui omnia pleno & inani conſtare dixit. Cic.Tuſc.lib.4.
Leucogæi fontes,inter Puteolos & Neapolim.Plin.
Leucogæi item, colles inter Puteolos & Neapolim. Plin. Vulgo Limera.
Leucola,promontorium Pamphyliæ contra Cyprum.Plin.
Leucola,portus eſt quidam Cypri inſulæ.Plin.
Leucolithi,populi ſunt Ciliciæ regionis.Plin.lib.5.
Leucon Africæ locus eſt. Herod.lib.4.
Leucon,rex Ponti,à fratre Oxilocho interfectus.
Leuconis,lacus Bœotiæ:qui alias Copais,uel Copæa.
Leuconoē,opp.celebratur in Aegypto.Ptol.
Leucopetra, promontorium eſt Brutiorum in Italia. Ptolemæo. Vulgo Cap de le Arme,o Spartauento en Calabria.
Leucopetra,locus eſt in Arabia.Plin.
Leucopolis,locus eſt Doridis regionis.Plin.lib.5.cap.29.
Leucoſia,inſula contra Pæſtanum ſinum in mari Tyrrheno,Leucaniæ adiacens.Strab.lib.6.
Leucoſyri,populi ſunt Cappadociæ.Ptol.
Leucoſyria prius,nunc Cappadocia dicitur.Strabo.lib.12.
Leucoſyrus,flu.Ciliciæ:Pyramus poſtea appellatus.Steph.
Leucothea,Aurora dicta quaſi alba dea.Cic.
Leucothea,inſula adiacens Italiæ prope Capræas.Plin.
Leucothea,fons eſt Sami inſulæ.Plin lib.5.cap.31.
Leucothoē, Orchami & Eurymones filia à Phœbo adamata. Oui. lib.4.Metam.
Leuctra,exiguus pagus agri Theſpienſis.Plut.
Leuctricus,a.um,adiectiuum.ut:Pugna Leuctrica.Cic.2.Offic.
Leuctrum,appellat Strabo.locum Thraciæ.
Leucus,flu.eſt Aſſyriæ.Ptol.
Leugæſo,ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Leui,nomen patriarchæ,à quo Leuita ſeu Leuites.
Leuiathan, dictio Hebræa, qua ſignificatur draco, uel ſerpens Hierony.
Leuni,populi ſunt Vindeliciæ.Ptol.
Leuni,populi ſunt Hiſpaniæ citerioris.Ptol.

Ieuonæ, populi ſunt *Scandiæ* in *Germania*.
Leuterni, populi ſunt *Italiæ*. *Strab*. lib. 6.
Leutra, ſiue *Leuctra*. opp. eſt *Bœotiæ* omnibus.
Leutra, opp quoque eſt *Laconiæ*.
Leutychides, uir *Lacedæmonius*, inimicus *Demarathi*.
Lexouij, populi ſunt *Galliæ Lugdunenſis*. *Ptol*.
Lexubij Galliæ Lugdunenſis urbs. *Ptolemæo*. *Vulgo* Liſieux.

L. ante. I.

Lianum, ciuitas eſt *Sarmatiæ Europæ*. *Ptol*.
Liba, æ inſula eſt in mari *Indico*.
Libanæ, urbs *Syriæ*, iuxta *Atras*. *Steph*.
Libanius ſophiſta *Antiochenus*, tempore *Iuliani apoſtatæ*, hic argumenta edidit in orat. *Demoſt*.
Libanophora, regio eſt *Arabiæ fœlicis*. *Ptol*.
Libanotus, uentus inter *Liba*: hoc eſt, *Africum* & *Notum*.
Libanus, mons eſt inter *Arabes* & *Phœnices*. *Strab*.
Libana, ciuitas eſt *Celtiberum* in *Hiſpania*. *Ptol*.
Libarna, ciuitas eſt *Galliæ Togatæ*. *Plin*. lib. 3. *Vulgo* Inciſa.
Libentina dea, *Venus*, ſeu *Proſerpina*, à libidine.
Liber, dicitur *Bacchus*, quòd curis nos liberet. *Senec*.
Liber, interdum ponitur pro ipſo uino, ſicut *Ceres* pro frumento. *Terent*. Sine *Cerere* & *Baccho* friget *Venus*.
Libera, ciuitas *Bœotiæ* eſt, quam *Bacchus* condidit.
Liberalia, *Liberi* feſta, quæ *Græcis* dicuntur *Dionyſia*.
Liber, dicitur *Sol*, quia libere per aërem uagatur.
Liberia, *Hiſpaniæ Bæticæ* urbs. *Vulgo* Granada.
Liberini, qui *Eliberi* pop. *Hiſpaniæ Bæticæ*. *Plin*.
Libertas, apud *Romanos* libertatis dea dicebatur.
Libethra, ſiue *Libethros*, fons *Magneſiæ*, unde *Muſæ Libethrides*. *Plin*. lib. 4. cap. 9.
Libethra, ſpelunca in eodem loco ubi *Libethros* fons eſt.
Libethrus, apud *Lycophronem* mons eſt *Macedoniæ*.
Libitina, dea libidinis, quam alij *Venerem*, alij *Proſerpinam* dixere. *Auguſt*.
Libo, onis. *Romanus* ciuis, cuius meminit. *Horat*.
Liboêus. flu. eſt *Hyberniæ* inſulæ. *Ptol*.
Libra, ſignum cœleſte. quod. 13. *Calend*. *Octob*. æquinoctiũ facit.
Libunca, opp. eſt *Hiſpaniæ*. *Ptol*.
Liburnia, regio eſt inter *Illyridem* & *Dalmatiam*. *Vulgo* Eſclauonia, Croacia.
Liburni, pop eius regionis incolæ.
Liburni, ſiue *Illyrij* ſub extremis *Alpium* radicibus agunt.
Liburnides, inſulæ ſunt contra *Liburniam* ſitæ. *Plin*.
Liburnus, portus *Tuſcorum*. *Ptol*. *Vulgo* Liuorno.
Libya, dicta eſt ea *Africæ* pars in qua *Libya Epaphi* filia habitauit.
Libya. quæ nonnunquam ponitur pro tota *Africa*.
Libys uir, & *Libyſſa* mulier, ex *Libya* orti.
Libyßinus. a. um. res ad *Libyam* pertinens.
Libyſtinus, a. um. à *Libya* unde *Apollo Libyſtinus*.
Libyſtinus Apollo, dictus ab his qui *Pachynum Siciliæ* promontorium incolebant.
Libyſtini. populi *Colchis* uicini. *Steph*.
Libyſtis, idis. à *Libya* in forma patronymici.
Libyſſus, *Romæ* campus dictus, quòd in eo primum fruges ex *Libya* allatæ ſint.
Libyſſus & *Argæus* campus, poſtea uicus *Thuſcus* dictus eſt.
Libyx autem *Libycis* facit, à quo genitiuo fit.
Libycus, a. um. poſſeßiuum à *Libya*, unde ora *Libyca*.
Libya, palus in *Africa* propria celebratur. *Ptol*.
Libycis, idis. urbs *Iudææ*, ab orientali parte *Iordanis*.
Libyarchæ, populi ſunt in *Marmarica* præfectura. *Ptol*.
Libyæthiopes, populi mixti ex *Libycis* ac *Aethiopibus*.
Libyas, ciuitas *Iudææ* ab oriente *Iordanis*. *Ptol*.
Libyda, cognomine *Clauſa*, opp. *Bæticæ*. *Plin*.
Libyphœnices, pop. qui *Byzacium Africæ* incolunt.
Libyſoca, opp. *Hiſpaniæ* conuentus *Carthaginenſis*. *Plin*.
Libyſſa, opp eſt *Bithyniæ* nota ſepulchro *Annibalis*.
Libyſtos, opp. eſt *Thraciæ*. *Plin*. lib. 4. cap. 11.
Licates, populi ſunt in *Alpibus* ſiti. *Plin*. lib 3 cap. 20.
Lichas, nomen uiri qui *Herculem* ſecutus eſt. *Feſt*.
Lichindus, urbs *Siciliæ* gentile *Lichindinus*. *Steph*.
Licianus, poeta *Martiali* coætaneus & conterraneus.
Licinia, opp. eſt *Hiſpaniæ*. *Ptol*.
Licneni, populi ſunt *Corſicæ* inſulæ. *Ptol*.
Ligarius, quidam *Romanus*, pro quo orationem habuit. *Cic*.
Ligarianus, a. um. *Cicero*. *Ligarianam*, ut uideo præclare tua auctoritas commendauit, id eſt, orationem.
Liger, *Ligeri*, uiri proprium. *Verg*. lib. x. *Aeneid*.
Liger, *eris*, *flu*. *eſt Galliæ Lugdunenſis*. *Ptol*. *Vulgo* Loire.
Ligia, *inſula dicta ab una Syrenum*.
Ligilla, *nomen eſt uetulæ apud Martialem*.
Liguria, *regio eſt Italiæ Alpibus finitima*. *Vulgo* La prouincia de Genoua.
Ligur, *mas ſiue fœmina ex* Liguria *regione*.
Ligures, *populi ſunt ultra & citra Alpes*.
Ligus, *uris*, *comm*. *gene*. *nomen gentile à Liguria Priſcian*.
Liguſticum *mare*, *dicitur quod eſt è regione Liguriæ*.
Liguſticus, *a*. *um*. *res ad Liguriam pertinens*.
Ligya, *una eſt Syrenarum*.
Ligyes, *populi Aſiæ*, *qui cum Xerxe contra Græcos militarunt Herod*.
Lilæa, *oppidum iuxta quod Cephiſus fluuius erumpit*. *Plin*.
Lilæa, *opp*. *Aetoliæ in Peloponneſo Ptol*.
Lilæa, *fons eſt in Phocide apud Hom*. 2. *Iliad*.
Lilandus, *flu eſt Eubœæ inſulæ*. *Strab* lib. x.
Lilybæum, *oppidum & promontorium Siciliæ*. *Vul*. Marſala.
Lilybæus, *a*. *um*. & Lilybetanus, *a um*. *adiectiua*.
Limeneium, *locus eſt in Lydia*. *Herod*. lib. 1.
Limenia, *ciuitas eſt in Cypro inſula*. *Strab*. lib. 14.
Limenotis, *Cherſoneſus Celtica*. *Steph*.
Limentinus, *putabatur Deus qui liminibus praeeſſet*.
Limia, *flu*. *eſt Galliciæ cognominatus Lethes*.
Limicorum *forũ*, *opp*. *eſt in Hiſpania*. *Pto*. *Vul*. Pont de lima.
Limioſaleum, *opp*. *eſt Germaniæ*. *Ptol*.
Limne *urbs Helleſponti circa Seſtum*. *Steph*.
Limnea, *uicus in Argo*. *Steph*.
Limnoria, *nympha à cura lacus ſic dicta*.
Limnus, *inſula eſt inter Britanniam & Hyberniam*. *Ptol*.
Limoniades, *nymphæ ſunt florum & pratorum*. *Ariſt*.
Limonum, *oppidum Pictonum in Aquitania*. *Vulgo* Limon.
Limuici, *populi Aquitaniæ poſt Pictones*. *Vulgo* Limoſins.
Lincaſij, *populi ſunt Galliæ Lugdunenſis*. *Strab*. lib. 4.
Lindos, *oppidum eſt Rhodi inſulæ Pomp*. *Vulgo* Lindo.
Lindum, *ciuitas eſt Britanniæ inſulæ*. *Ptolem*. *aliter Lincolina*

& Lindecolinum. Vulgo Lincol.
Lindum alia, ciuitas eſt Britanniæ inſulæ. Ptol.
Lineum, opp. eſt in Peloponneſo. Strab.
Lingones, populi ſunt Galliæ Belgicæ. Vulgo Langres.
Lingonicus, a. um. adiect. Mart. Claud.
Linterna palus, iuxta Linternum. Vulgo Lach dela patria, en terra de Lauoro.
Linternum, uicus Campaniæ Scipionis Africani morte & ſepulchro nobilis. Silio lib. 8. Aont vuy ſe troba Toece dela
Linterninus, a. um. & Linternus, a. um. adiectiua. Sil. (patria.
Linternus. flu. Campaniæ non longe à Vulturno fluuio & oppido. Bocat.
Linus, filius Apollinis ex Pſammate Crotopi Argiuorum regis filia.
Linus alius, Apollinis & Terpſichores filius. Seruio.
Linus item, Hypermeſtræ maritus Aegypti filius.
Linus, fons eſt in Arcadia regione. Plin. lib. 31. cap. 2.
Linx, fluuius & urbs Mauritaniæ. Steph.
Lipara, inſula iuxta Siciliam una ex 7. Aeolijs.
Lipara, ab Aeolo condita dicitur. Diod. lib. 5.
Liparæ, nomen dedit rex Liparus, qui eam ante Aeolum rexit.
Liparæi, dicuntur incolæ omnium, in commune adiecto loci uocabulo.
Liparitanus, a. um ſiue Liparenſis à Lipara inſula.
Liparis, fluuius eſt Ciliciæ regionis Aſiæ. Vitru.
Lipaxus, urbs eſt in regione Creſſæa. Herod. lib. 7.
Liquentia, fluuius & portus Venetiæ regionis. Vulgo Liuenza.
Lircæ, populi ſunt Scythiæ ex uenatu uictitantes. Herodot.
Lircium, opp. eſt in Peloponneſo. Strab.
Liria, flu. eſt prouinciæ Narbonenſis. Plin. lib. 3.
Lirimiris, urbs eſt Germaniæ magnæ. Ptol.
Lirio, nimpha Oceani & Tethyos filia. Ouid.
Liris, flu. eſt Campaniæ Minturnas præterlabens. Vulgo Garillano. *unde.*
Lirinates, populi Liris fluuij accolæ.
Lyrnytea, urbs Pamphyliæ. Steph.
Liſculaſa, opp. Bæticæ conuentus Gaditani.
Liſſa, opp. eſt Iaccetanorum in Hiſpania. Ptol.
Liſſa, quæ Lixa oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Liſſa, inſula eſt in mari Illyrico. Antonino.
Liſſum, opp. Romanorum ciuium in Liburnia. Vulgo Aleſio.
Liſſus, opp. eſt Cretæ inſulæ Ptol.
Lyta, opp. fuit Italiæ antiquum Diony. Alicarnaſſ.
Liſus, flu. Thraciæ inter Meſembriam & Strymonem.
Lithæus, flu. eſt Cretæ inſulæ. Ptol.
Lithefius, Apollo in Malea, quod ibi in lapide collocatus ſit. Ste.
Litra, mons Galliæ Sequanos & Heluetios ſeparans.
Liuij, populi ſunt prouinciæ Narbonenſis.
Liuius, hiſtoricus Patauinus, rex geſtas Roman. miro artificio ſcripſit.
Liuius Andronicus, Liuij Salinatoris libertus. Euſeb.
Lix, ſiue Lixa, uel Liſſa opp. Mauritaniæ Tingitanæ.
Lixus, flu. eſt Mauritaniæ. Plin. lib. 5. cap. 1.

L. ante. O.

Lobetum, & Lobetani, populi ſunt Hiſpaniæ. Ptol.
Lobrini montes, in Phrygia ſunt, unde Rhea Lobrina Scholiaſtes Nicandri.
Locanus, flu. eſt in ora magnæ Græciæ. Ptol. Vulgo Sagriano en Calabria.
Locoritum, opp. eſt Germaniæ. Ptol. Hodie Trutonia. Vulgo Forcheym in Franconia.
Locris, regio eſt contermina Phocidi.
Locri, eius regionis populi.
Locri Ozolæ, populi in Achaia ſic dicti à malo odore.
Locri Epizephyrij, populi ſunt in magna Græcia Plin.
Locri, Epicnemidij prius, qui poſtea Epizephyrij.
Locrenſis, e. res ad utroſque pertinens.
Locrenſes, qui trans Eubœam incolunt populi.
Locuſta, uenefica fuit Neroni grata ex Gallijs euocata, de qua Dion hiſtoricus.
Lœmium, Apollinis cognomen, ipſi à Lydijs impoſitum.
Logi populi ſunt Britanniæ inſulæ. Ptol.
Logia, flu. eſt Hyberniæ inſulæ. Ptol.
Londinium, opp. eſt Britanniæ inſulæ. Ptol. Hodie Londinum. Vulgo Londres.
Londoris, inſula eſt adiacens Luſitaniæ. Ptol.
Longa Alba, urbs in Latio quam Aſcanius ædificauit de qua Verg. lib. 8.
Longididuni, pop. ſunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Longobardi, populi ſunt Germaniæ, ſic à longis barbis cogno-
Longobardorum regnum, in Gallia Ciſalpina fuit. (minati.
Longone, urbs Siciliæ. Steph.
Longula, opp. fuit Latij quod interijt, unde.
Longulani, populi ab eodem oppido Longula. Plin.
Longum, promontorium eſt in Sicilia inſula. Ptol.
Longus flu. eſt Britanniæ inſulæ. Ptol.
Lopaduſſa, inſula iuxta Thapſum Libyæ. Steph. Vul. Lãpiduſa.
Lopſica, ciuitas eſt in Illyrico. Ptol.
Lorcitani, populi Hiſpaniæ conuentus Carthaginen.
Loreni, populi ſunt Lydiæ conuentus Sardiani.
Loryma, locus eſt in Caria. Strab. & Plin. lib. 5.
Los, inſula circa Theſſaliam: inſularis Lôus. Steph.
Loſcordia, caput eſt gentis Illyricæ. Floro.
Lotoa, inſula eſt adiacens Epiro. Ptol.
Lotos, ſiue Lotis, idis. nympha Neptuni filia, quæ Priapum fugiẽs in arborem ſui nominis uerſa, unde.
Lotophagi, populi Africæ propriæ. Ptol.
Lotophagitis, inſula eſt Africæ propriæ adiacens Lotophagis. Vulgo Gelues.
Loxias dictus eſt Apollo, propter obliqua & tortuoſa reſponſa, uel quod Sol zodiacum obliquè pererret.
Louanium, ciuitas & academia nobilis Brabantiæ in Belgica. Vulgo Louayna.

L. ante. V.

Luanci, populi ſunt Hiſpaniæ. Ptol.
Lubia, ſiue Lubica ciuitas eſt citerioris Hiſpaniæ, inde.
Lubienſes, ſiue Lubenij, pop. ab eadem Lubia.
Luca, ciuitas Hetruriæ, ſiue Tuſciæ in Italia, unde.
Lucenſes, populi dicti qui Lucam inhabitant.
Lucania, Italiæ regio inter Apuliam & Calabriam. Vulgo Baſilicata. *Vnde.*
Lucani, populi ex eadem Lucania.
Lucanus, Cordubenſis patria, poeta egregius Senecæ tragœdiarum ſcriptoris nepos.

Lucenſes, populi ſunt Hiſpaniæ ſic dicti à Luco Auguſti.
Lucenſis conuentus, citerioris Hiſpaniæ eſt. Ptol.
Lucenſium, ſiue Lucentia, oppidum citerioris Hiſpaniæ. Ptol. Vulgo Suſana.
Lucentia alia, oppidum Hiſpaniæ citerioris Romanorum Colonia. Pomp.
Lucentij, populi ſunt Hiſpaniæ à Lucentia.
Luceoſi, populi ſunt Hiſpaniæ.
Luceres, ſiue Lucerenſes, tertia pars populi Romani fuere, temporibus Romuli regis. Serui.
Luceria, opp eſt Apuliæ Dauniorum. Plin. lib. 3. cap. 11.
Lucerius. Ardeæ rex qui auxilio fuit Romulo contra Tatium.
Lucetius dictus eſt Iupiter, à Luce quam hominibus præſtare putabatur. &
Lucetia Iuno, quòd Lucis cauſa ſit.
Lucifer ſecundum poetas, filius fuit Iouis & Auroræ.
Luciferi templum, oppidum in Hiſpania Bætica. Strab. lib. 3.
Lucij Omani, populi in Germania magna.
Lucilius, poeta primus apud Romanos, cœpit Satyras ſcribere. Quintil.
Lucina, dicta Iuno, quòd partum in lucem ferat, uel.
Lucina, quòd oculis præſit & luci. Plin. lib. 16. cap. 44.
Lucinam alij à Luco deducunt qui Romæ Iunoni ſacer eſt.
Lucinæ ciuitas, & eius templum ponitur in Aegypto. Strab.
Lucius, prænomen eius qui primus apud Romanos oriente luce natus fuit.
L. Oſtius, Romanus, qui patrem ſuum proſcriptum ut eius bona acciperet, latentem prodidit. Plut.
Lucopibia, oppidum eſt Britanniæ inſulæ. Pto. Vul. Loquaber.
Lucotecia, opp. Pariſiorum Galliæ Lugdunenſis. Ptol.
Lucretia, matrona nobilis, Romana caſtitatis præcipuum lumen, de cuius hiſtoria uide Liuium.
Lucretilis, mons eſt in Sabinis. Horat. lib. 1. Carminum.
Lucretius, poeta Terētio, Varrone, & M. Tullio paulo antiquior, ſcripſit. 6. libros de Nat. rerum.
Lucrinum, opp. eſt Dauniorum in Apulia. Strab. lib. 6.
Lucrinus & Auernus, lacus uterque in Baiano ſinu piſcibus abūdans. Seru. 2. Georg.
Luctatius Catulus, ciuis Romanus qui. 600. Pœnorum naues inter Sicilam & Africam depreßit.
Lucuidoneſij, populi ſunt Sardiniæ inſulæ. Ptol.
Lucullus, nobilis Rom. qui præclaras res geßit.
Luculleus, a. um adiectiuum, ut, Lucullеum marmor.
Lucumo, uiri nomen, à quo Lucumedi dicti qui poſtea Lucerenſes, uel Thuſci. Varr.
Lucomonij fani. populi circa fanum Volturrenæ habitantes.
Lucus Aſturum, opp eſt Hiſpaniæ. Ptol.
Lucus Auguſti, oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol. Hodie Oluca. Vulgo Lugo.
Lucus, dei ſaltus, ciuitas eſt Sarmatiæ in Europa. Pto.
Lucus Feroniæ, ciuitas Tuſciæ mediterranea. Ptol.
Lucus Feroniæ, promontorium eſt Hetruriæ. Ptolem. Vulgo Pietra Santa.
Lucus, Iouis indigetis, oppidum antiqui Latij.
Lucus Vulſinēſium, in Thuſcia. Vul. Boſco de Mōte Fiaſcone.
Luentinum, opp eſt Britanniæ inſulæ. Ptol.
Luetij, populi ſunt Germaniæ. Strab. lib. 7.
Lugdunenſis Gallia, ab occaſu habet Oceanum mare.
Lugdunenſis Gallia, à ſeptentrione Britannicum Oceanum.
Lugdunenſis Gallia, à meridie ipſam Lugdunēſem Galliā habet.
Lugdunenſis Gallia, ab oriente Galliam Belgicam habet.
Lugdunum, ciuitas eſt Galliæ Lugdunenſis metropolis. Vulgo Lyon.
Lugdunum, opp eſt Aquitaniæ ad Pyrenæum. Ptol.
Lugidunum, Germaniæ urbs. Ptol. Hodie Glogauia.
Luij, populi ſunt Germaniæ. Strab. lib. 7.
Luma, ciuitas eſt Arabiæ deſertæ prope Meſopotamiam.
Luna, opp eſt Hetruriæ ad mare ſitum. Vulgo Luni.
Luna, una ex. 4. colonijs quas Ianus in littore Hetruſco poſuit.
Lunenſis, e. res ad hanc Lunam pertinens.
Lunæ mons, in Aethiopia interiori Ptol.
Lunæ promontorium, eſt in Aethiopia interiori. Ptol.
Luparia, ciuitas eſt Oretanorum in Hiſpania. Ptol.
Lupercal, locus Romæ ubi ſacra Pano fiebant. Seru.
Lupercalia, ium uel orum. Per las feſtas de aquel deu.
Lupercus i. Per lo ſacerdot de aquella religio.
Luperci, dicti ſunt quaſi ex illorum myſteriorum ſemine exorti, ut Varro putat.
Lupfurdum, Germaniæ urbs. Ptol.
Lupiæ, arum. ſiue Luſpiæ, oppidum eſt Calabriæ. Plin.
Lupia, flu. Germaniæ in Rhenum defluens. Pom. Vulgo Lipp.
Luppia, oppidum eſt in eadem Germania Ptol.
Lurinum, oppidum eſt Corſicæ inſulæ. Ptol.
Luſi, orum. ſiue Luſæ, arum. ciuitas eſt Arcadiæ.
Luſia, una ex Hiacinthi filiadus. Steph.
Luſitania tertia pars Hiſpaniæ inter Durium & Anam flu.
Luſitania, Hiſpaniæ prouincia, quæ nunc fere eſt Portugallia.
Luſitania, ab occaſu Oceano Atlantico terminatur.
Luſitania, a ſeptentrione Dorio fluuio terminata eſt.
Luſitania, a meridie terminatur ab Ana fluuio.
Luſitanus, a. um. res ad Luſitaniam pertinens.
Luſius, Arcadiæ flu. penes quem ſepulchrum Aeſculapij.
Luſones, populi Celtiberiæ, unde oritur Tagus. Stra.
Luſonium, oppidum eſt Pannoniæ inferioris. Ptol.
Lußi, urbs Arcadiæ: ciuis Luſius. Steph.
Luſtricus dies, quo infantes luſtrabantur.
Lutetia, Galliæ urbs nobilißima cognomine Pariſijs. Vul. Paris. Græcis Leucetia.
Luti, cognomine Buri populi Germaniæ. Ptol.

L. ante. Y.

Lyæus dictus eſt Bacchus quod curas ſoluat ac diſcutiat, unde Lyæus, a. um. pro Lyæius.
Lycabettus, mons eſt in Attica regione. Plin. lib. 4.
Lycades, inſulæ ſunt contra Helladem ſitæ. Plin. lib. 4.
Licæa, urbs Arcadiæ: ciuis Lycæus. Steph.
Lycæus, mons eſt Arcadiæ Pani deo ſacer: unde.
Lycæa, dicta ludicra illa ſacra, quæ Latinis Lupercalia.
Lycambes, poeta Thebanus, quem Archilochus Iambis ad ſuſpendium adegit.
Lycambæus, a. um. Ouid. Tincta Lycābæo ſanguine tela madent.
Lycaon, Arcadiæ rex Titani ac Terræ filius. Verg.
Lycaon alius, Nelei filius & Neſtoris frater.
Lycaon, Priami filius ex Laothoe; Altai Lelegenſium regis filia, ab Achille occiſus.
Lycaon, item Gnoſius faber, & artifex enſis, quem Aſcanius

dedit

debit Euryalo. Verg. lib. 9.
Lycaonius, a. um. Oui. Fœda Lycaoniæ referent conuiuia menſæ.
Lycaonia, regio Aſiæ minoris contermina Galatiæ.
Lycaonia præfectura, eſt in Cappadocia. Pto.
Lycaoniam, aliqui ſcribũt partem Arcadiæ ognominatam. Step.
Lycaones, populi Aſiæ Phrygibus & Galatis uicini.
Lycaonius, a. um. res ad Lycaoniam pertinens.
Lycapſus, uicus prope Lydiam. Steph.
Lycaſta, filia Priami, Polydamæ Antenoris filij uxor.
Lycaſte, nobile ſcortum in Sicilia. quam Venerem uocauerunt.
Lycaſto, ciuitas eſt iuxta Halyn fluuium ſita. Pomp.
Lycaſtos, opp. Cretæ mediterraneum. Pomp. li. 2. ſic dicta à luporum multitudine.
Lycatij, populi ſunt Vindeliciæ. Pto.
Lycatus, Arcadiæ mons an Lycæus? Sol.
Lyceum, Athenis fuit ſchola Ariſtotelis, ſicut Academia Platonis.
Lyceum, gymnaſium erat Ciceronis in Tuſculano Cicero. libro de Diuin.
Lychnidus, ciuitas eſt Daſſaretiorum in Macedonia Ptol. Vulgo Ocrida.
Lychnitis, palus eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Lycia. regio Aſiæ minoris Pamphyliæ contermina.
Lycia, à Lyco rege Pandionis filio appellata eſt. Sol.
Lycios, primo Termilas dictos dicit Herod. lib. 7.
Lycij, populi eiuſdem Lyciæ Dario tributarij.
Lycium mare, quod poſitum eſt contra Lyciam.
Lycias, fluuius eſt Vindeliciæ. Pto.
Lycida, opp. eſt Teuthraniæ. Plin. lib. V. cap. XXX.
Lycidas, nomen eſt Centauri & paſtoris. Verg.
Lycidas, nomen etiam pueri Horat. lib. I. Carm.
Lycimna, arx eſt in Peloponneſo. Strab. lib. 8.
Lycimnius, frater Aſtiochiæ, auunculus Tlepolemi, à quo & ipſe interemptus. Hom.
Lycinia, amica Horatij. lib. 2. Carminum.
Lycipolis, urbs eſt Aegypti à lupis cognominata.
Lycium, ſiue Lyceum, gymnaſium ſcholaſticum Athenis.
Lycoa, urbs Arcadiæ: gentile Lycoates. Steph.
Lycomedes lacus, Plinio ponitur in Aegypto. lib. V.
Lycomedes, rex Scyri inſulæ Creontis filius. Hom.
Lycon, Theophraſti diſcipulus, qui à dicendi ſuauitate Glycon. i. ſuauis eſt appellatus. Diog.
Lycon, fluuius eſt Hiſpaniæ.
Lycone, urbs Thraciæ: gentile Lyconeus. Step.
Lycopelopea, ciuitas eſt in Ionia regione.
Lycophron, poëta Chalcidenſis, Sophoclis grãmatici filius, ſcripſit Alexandram. Suid.
Lycophron alius, Lerinthi Corinthiorum regis filius, matricida uiuente patre. Plut.
Lycopolis, ciuitas eſt metropolis in Aegypto. Pto.
Lycopolites nomos, præfectura eſt Aegypti. Pto.
Lycorea, uicus in Delphis, à Lycoreo rege. Steph.
Lycoria, ciuitas eſt Phocidis. Strab. lib. 9.
Lycorias, nymphe nomen. Verg. lig. 4. Georg.
Lycoris, meretrix fuit, aliter Cytheris dicta. Verg.
Lycormas. fluuius Aetoliæ qui alio nomine Euenus ab Eueno rege Atoliæ. Ouid.
Lyctonia, urbs eſt Cretæ ut, notat Tortellius.

Lyctos, oppidum Cretæ mediterraneum. Pto.
Lyctius, a. um. adiectiuum, ut Lyctius Idomeneus. Verg. Eglo. 5.
Lycurgium, oppidum eſt in Peloponneſo. Stra. lib. 8.
Lycurgus, Lacedæmonius princeps & legiſlator: unde.
Lycurgeus, a um. i. legum aſſecla & propugnator.
Lycurgus, rex Nemeæ, qui Opheltem Hypſiphyles filium nutriuit.
Lycurgus, rex Thraciæ qui quum Bacchum contemneret oculis priuatus eſt.
Lycurgides, Ancæus Lycurgi filius dictus eſt. Oui.
Lycus, Pandionis filius qui à ſe Lyciam nominauit, cum Termilæ appellaretur.
Lycus, puer quidam fuit ab Alcæo dilectus. Horat.
Lycus, medicus quidam Neapolitanus fuit. Plin.
Lycus, fluuius eſt Sarmatiæ in Europa. Pto.
Lycus, fluuius eſt Cypri inſulæ. Pto.
Lycus, fluuius eſt Rhetiæ. Ptol. Vulgo Lico.
Lycus, fluuius eſt Ciliciæ regionis. Plin. lib. V.
Lycus fluuius eſt in Aſia propriæ dicta. Pto.
Lycus, fluuius eſt Syriæ Phœnices. Plin. lib. V.
Lyda, oppidum eſt Lyciæ regionis. Pto.
Lydda, ciuitas eſt Iudææ Paleſtinæ ab occaſu Iordanis, quæ & Dioſpolis. Hodie Rama.
Lydia, regio Aſiæ minoris, Aeolis & Ionijs uicina.
Lydi prius Mæones dicebantur. Herod lib. I.
Lydij, qui & Lydi, populi ſunt ſuperioris Lydiæ,
Lydus, ſiue Lydius, a. um. poſſeſſiuum quod ex Lydia eſt.
Lydi, primi aurum argentumq; percuſſerunt. Herodot. lib. 1.
Lydia, ciuitas eſt Arabiæ petrææ. Pto.
Lydia, ciuitas eſt Caſiotidis regionis Syriæ. Pto.
Lydia, ciuitas eſt Siciliæ.
Lydius, fluuius eſt Macedoniæ. Pto.
Lydus, Herculis filius ex Iole.
Lydus, filius Atys, & frater Tyrrheni, à quo regio Lydia dicta
Lygdanum, oppidum eſt Teuthraniæ. Plin. lib. V. cap. XXX.
Lyges, populi Aſiatici, qui cum Xerxe contra Græcos pugnauerunt. Herod lib. 7.
Lygos, ciuitas eſt quæ poſtea Byzantium dicta.
Lymira, ciuitas & fluuius eſt Lyciæ. Pomp. lib. I.
Lynceſtæ, populi ſunt Macedoniæ. Pto.
Lynceſtes, regio eſt Macedoniæ. Pto.
Lynceſtius, flu. & Lynceſtis aqua. Plin. & Ouid.
Lynceus, qui & Linus Aegypti fuit filius, qui expulſo Danao, regnauit apud Argos.
Lynceus, unus Argonautarum acutiſſima oculorum acie præditus 130. millia paſſ. proſpexiſſe dicitur.
Lyncus, rex fuit Scythiæ, quem Ceres in Lyncem animalem commutauit.
Lyncus, urbs Epiri, à Lyceo nominata. Steph.
Lyndus ciuitas Rhodi, in qua Herculis ſacra fiebant Lact. Vulgo Lindo.
Lynx, urbs Libyæ iuxta Gades, poſt Atlantem. Step.
Lynxama eſt Libyæ interioris. Pto.
Lynxamatæ, populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Lynxo, ſiue Lynx, oppidum eſt Mauritaniæ.
Lyrceus, fons eſt ex quo Inachus fluuius oritur, inde aqua Lyrcea. Steph.
Lyrneſſus, oppidum fuit Aeolidis rigionis in Pamphylia, ab

Achille

Achille euerſum.
Lyrneßis,idis patronymicum fœm.gen.Ouid.
Lyrope,ciuitas eſt Pamphyliæ regionis.Pto.
Lyſa,ciuitas eſt Arabiæ Petrææ.Pto.
Lyſander,dux Lacedæmoniorum inuictißimus.Plu.
Lyſanias,uir in Arcadia,qui Lycaonem regno expulit.
Lyſanium,ciuitas eſt cauæ Syriæ.Pto.
Lyſiades,Athenienſis Phædri philoſophi filius.Cic.
Lyſias,orator Syracuſanus,Cephali filius.Cic. in Bruto.
Lyſias,ciuitas eſt Arcadiæ in Peloponneſo.Pto.
Lyſias,oppidum eſt magnæ Phrygiæ.Pto.
Lyſicrates,uir quidam qui capillos iam canos nigro tingebat, quo iuuenis etiamdum uideretur.
Lyſidice,filia fuit Pelopis & Hippodamiæ Pitthei ſoror,quæ Electryoni nupſit.Plutarch.
Lyſimachia,oppidum Aetoliæ humi proſtratum, quod prius Hydra.Strab.lib.X.
Lyſimachia,quæ nunc Hexamilium, oppidum eſt Thraciæ Cherſoneſi.Pto.Vulgo Hexamili.
Lyſimachus,Agathoclis filius,unus ſucceſſorũ Alexandri. Iuſt. libro.XV.
Lyſimachus,natione Acarnan,Alexandri pædagogus,ſecundas poſt Leonidem obtinuit.Plut.
Lyſippe,filia Prœti Argiuorum regis, à Iunone cum cæteris ſororibus in uaccam mutata.
Lyſippus, nobilis ſculptor à quo tantum ſe fingi Alexander paſſus eſt.Cicer.in Epiſt.
Lyſippus,item poëta comicus,cuius fabulas enumerat Athenæus
Lyſiſtratus Sicyonius,Lyſippi ſtatuarij frater.Plin.
Lyſtra,ciuitas eſt Iſauriæ in Galatia.Pto.
Lyſitania,portio Hiſpaniæ quæ Luſitania.
Lyſo,quidam Ciceronis hoſpes,ut ſcribit in Epiſto.lib.XVI.
Lyſus,Arcadiæ fluuius,ad cuius radices Aeſculapij tumulus.
Lytæ,parua regio Theſſaliæ. Steph.
Lyus,fluuius eſt minoris Aſiæ in Pontum defluens.
Lyxea,urbs Acarnaniæ:à Lyxeo quodam.Steph.

M.

MAarſares,fluuius Babyloniæ in Euphratem ſe recipiens.Pto.melius Baarſares.
Macæ,arum.populi ſunt Arabiæ fœlicis Carmanis oppoſiti.Pomp.lib.3.
Macæ,populi ſunt Libyæ interioris.
Macanitæ,populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.
Macareus,filius Aeoli,qui Canacen ſororem uitiauit.
Macaria,quondam dicta eſt quæ poſtea Cyprus.Plinio. Vulgo. Chipre.
Macaria,quoq; cognominata eſt,quæ poſtea Leſbos Pli. Vulgo Metelin.
Macaria,inſula in ſinu Arabico in Aethiopia Aegypti. Ptol.
Macaria,Herculis filia,quæ pro incolumitate publica ſe dououit inferis ab expiandum ſcelus.Eraſ.
Macaris,ciuitas eſt in Peloponneſo.Strab.
Macarius,uiri proprium Hom.Interpretatur beatus.
Macaron,inſula Ponti quæ Leuce & Achillea dicta.Pli.
Macaron neſi.i.beatorum inſulæ,ad promontorium Tauri.Pompo.lib.2.

Macaron,inſulæ dicuntur Leſbos,Samos,Chios.&c,
Macaron,quidam dici putat quod fortunati cœli ac ſoli ſint, uel
Macaron,quod eas ſuo ſuorumq; regno Macar occupauerat. Pompo lib.2 cap.7.
Macaronneſos,cognominata eſt Creta inſula.Solin.Vulgo. Candia.
Macaros,dicta eſt Creta,à temperie cœli.
Maccabæus,nomen barbarum, quo uocati ſunt uiri illi fortißimi.
Macæi,populi ſunt Libyæ interioris.Pto.
Mace,gens inter Carmaniam,& Arabiam.Steph.
Macedo,filius Oſiridis Iouis filij.
Macedonia, prouincia Europæ inter Thraciam & Theſſaliam. Pli.lib.4.cap.X.
Macedonia,à Macedone Oſiridis Iouis filio dicta eſt.
Macedo,onis.qui Macedoniam inhabitat.
Macedonicum mare,quod Aegæi pars eſt.
Macedonicum mare,à Pallene monte extenditur uſq; Megaram.
Macedoniacus,& Macedonius,a.um.adiectiua, ut Iris Macedoniaca.Celſus.
Macedonienſis,e.res ad Macedoniam pertinens.Plaut.
Macedonicus ſinus,eſt mare contra Macedoniam.
Macedones,populi ſunt in ipſa Macedonia.
Macedonis ora,ante Emathia dicta eſt.Gel lib 14.
Macedones alij,cognomine Hyrcani, populi ſunt Lydiæ. Pli.lib. V.cap.29.
Macella,ciuitas eſt Siciliæ inſulæ.
Macetes,populi ſunt ijdem qui Macedones.
Macetia,ciuitas eſt Cretæ inſulæ.Stra.
Machalaum,opp.in agro Brixiano,Inſubrium clade nobile.
Machaon,medicus inſignis filius Aeſculapij. Hom.
Machaonius,a.um.Oui. Ille Machaonia uix ope ſaluus erit.
Macherus,untis,oppidum eſt Iudææ Paleſtinæ.
Machia,inſula eſt una è Cycladibus. Plin.lib.4.cap.12.
Machian,ab æquatore.XV minutis ſolum diſcedens eſt inſula una Molucharum inſularum.
Machini,populi ſunt Africæ propriæ.Pto.
Machurebi,populi ſunt Libyæ interioris.Pto.
Machures,populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.
Machuſii,populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.
Macidos,oppidum eſt Helleſponti. Pomp.lib.2.cap.1.
Macieni,opinor pro Mantinei,lege Mantinei.
Macina,opp.eſt prouinciæ Narbonen Plin.lib.3.
Maciſtum,oppidum eſt Arabiæ.Strab.
Maciſtus Triphylliaca,ciuitas eſt EubϾ.Steph.
Maciſtij,populi ſunt à Maciſto cognominati.
Macita,ciuitas eſt Arabiæ fœlicis.Pto.
Macliæ,populi ſunt Africæ finitimi Nazamonibus.
Macolicum,ciuitas eſt Hyberniæ inſulæ.Pto.
Macodama,oppidum eſt iuxta Syrtim magnam.Ptol.Vulgo. Mezorata.
Macodama altera,ciuitas ad Syrtim minorem.
Macomades,oppidum eſt Africæ propriæ.Plin.lib.V.
Macoraba,ciuitas eſt Arabiæ fœlicis.Pto.
Macra fluuius Italiæ inter Liguriam & Hetruriam. Vulgo. Magra.
Macra,inſula in ſinu Carcinite Plin.lib.4.cap.13.
Macra,campus eſt in Phœnice regione.Strab.lib.16.
Macri,campi inter Bononiam & Rauennam,per quos Romam itur.

itur. Vulgo Vall di Montirono.
Macria, insula prius dicta quæ postea Rhodus. Plinio. Vulgo. Rodas.
Macrini, populi sunt Corsicæ insulæ. Pto.
Macris, insula est in mari Lycio. Plin. lib. V. cap. XXXI.
Macris, cognominata est Chios insula. Plin. lib. V.
Macris, quoq; dicta prius quæ postea Icaros. Vulgo Nicaria.
Macritius Cous, Linopen in Ponto condidit. Steph.
Macrobij, dicuntur populi longioris uitæ.
Macrobij, populi sunt Meroës insulæ Aethiopiæ Aegypti. Pōp. lib. 3. in descript. Aethiopiæ.
Macrobij, populi Athonis montis incolæ. Plin. lib. 4.
Macrobius, nomen uiri proprium, Latinè longæuus dicitur.
Macrocephali, populi sunt ad Bosphorum Cimmerium. Pomp.
Macrocremnij, montes sunt prope Istrum fluuium. Pli.
Macrocremnus, mons est Sarmatiæ Europæ.
Macrones, populi fuerunt tributarij Dario. Herodot. lib. 7.
Macrontechos, id est, longus murus, oppidum est Thraciæ. Ptol.
Macryas uocat Steph. quos Plin. & Pto. Maclyas.
Macryes, populi Africæ propriæ. Ptol.
Mactorium, urbs est sita super Gelam in Sicilia. Vulgo. Mazarino.
Macynia, ciuitas est Aetoliæ. Strab. lib. 9.
Macyſtos, mons est Lesbi insulæ notiſsimus. Plin. lib. V.
Madagaſcar, insula orientalis uersus auſtrum.
Madaſara, oppidum est Arabiæ fœlicis. Pto.
Madaura, ciuitas in collimitio Ietuliæ & Numidiæ sita. Vulgo. Ora.
Madaurensis colonia, unde fuit Apuleius Socraticus.
Madaurensis colonia, sub ditione Syphacis collocata.
Madia, ciuitas est Colchidis regionis. Pto.
Madiama, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Pto.
Madian, urbs quædam ab uno filiorum Abraham ex Cetura sic uocata.
Madian, trans Arabiam ad meridiem in deserto Sarracenorum sita est Hieronymus.
Madianea, & Madianeis, regio dicitur à Madian.
Madianites ſinus, est Arabiæ fœlicis. Pto.
Madoca, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Pto.
Madupi, populi sunt Aethiopiæ sub Aegypto. Ptolo. Græca habent Cadupi.
Madurus, oppidum est Numidiæ nouæ. Pto. unde.
Madurense legit Politianus, ubi Plinius mendosè Materense.
Madurense hoc in loco, uetus lectio est Materense.
Madytus, urbs Helleſponti: gentile Modytius. Steph.
Mæander, fluuius Phrygiæ in Asia propria. Ptolo. Vulgo. Pallazzia.
Mæandrius, a. um. i. res ad Mæandrum pertinens.
Mæandria, oppidum est Epiri. Plin. lib. 4. cap. 1.
Mæandropolis, opp. fuit Cariæ regionis. Plin. lib. V.
Mædia, cum æ diphthongo, ciuitas est in Thracia.
Mædi, populi sunt Thraciæ. Medi uero sine diphthongo, Asiæ.
Mædica præfectura, Thraciæ est Pæoniæ uicina.
Mænades, apud Græcos dicuntur mulieres, Bacchi sacrificulæ, à Græco μαίνομαι, id est, insanio.
Mænades, sparsis capillis instar furentium celebrabant Bacchi sacrificia. Iuuenal.
Mænala, qui & Mænalus intellectu singulare, uoce autē plurale,
Mons est Arcadiæ altiſsimus, & ciuitas quoq;, unde.
Mænalius, a. um. adiect. res ad utrumq; pertinens.
Mænalia, urbs Galatiæ. Steph.
Mænius, Coſ. Rom. priſcos Latinos ac Antiates nauali prælio anno ab urbe condita, 430. deuicit.
Mænobora, urbs Maſtienorum: gentile Mænoboræus. Steph.
Mænoles, dictus est Dionysius, quod latinè furentem significat, cui Bacchæ Orgia celebrant.
Mænomeni, montes sunt in Sardinia. Pto.
Mæonia, regio est Asiæ minoris, quæ postea Lydia.
Mæones, populi dicti qui postea Phryges.
Mæones, Anamæon adoleſcentulus à se dictos condidit. Beroſus.
Mæonius, a. um. res ad Mæones pertinens.
Mæonides uir, & Mæonis, fœmina ex Mæonia.
Mæonides, per excellentiam dicitur Homerus, unde & Mæoniū carmen.
Mæotis, palus septentrionalis qui coniungitur Ponto Euxino. Vulgo Mar de Tana, o Mar negra, *Alij* Zabacca.
Mæotæ, populi sunt Mæotidis paludis accolæ. Pli.
Mæotæi, populi sunt septentrionales ad Tanaim flu.
Mæoticus, a. um. res ad Mæotidem pertinens. Verg.
Mæpa, ciuitas est Armeniæ maioris. Pto.
Mapha, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Pto.
Maſanites, ſinus maris Persici in Arabia deserta. Pto.
Magares, siue Macares, populi sunt Aetoliæ. Plin. lib. 4.
Magarſos. ciuitas est Ciliciæ. Plin. lib. V. cap. 27.
Magellini, populi sunt Siciliæ ſtipendiarij. Plin. lib. 3.
Magi, populi sunt Persidis sapientiæ studioſi.
Magia, fons Siciliæ in agro Syracuſano.
Magia, urbs Illyriæ: gentile Magiates. Step.
Magindana, ciuitas est Gereorum in Arabia fœlici. Pto.
Magini, populi sunt septentrionales, de quibus Tibul.
Magiſtrica, regio Tauriſcorum iuxta Alpes. Steph.
Magna, insula Libycæ: gentile Magnites. Steph.
Magna Græcia, dicta est ea Italiæ pars quæ à Tarento uſque ad Cumas est, uel.
Magna Græcia, quod multæ magnæq; ciuitates in ea à Græcis fuerint conditæ. Fest.
Magna Græcia, à quibuſdam tota Italia dicta est.
Magnata, urbs Hyberniæ, à qua Magnatæ pop. dicti.
Magnes, Athenienſis comicus fuit tempore Epicharmi, docuit fabulas nomen. Suid.
Magnes, item Smyrnæus puer, Gygi Lydorum regi prædilectus. Suid.
Magneſia, regio Macedoniæ confinis Theſſaliæ.
Magneſia, promont. est Macedoniæ. Pto. Vulgo Cap Verlichi.
Magneſia, urbs est Ioniæ in Aſia minori ad Mæandrum fluuium Herod. lib. 3.
Magneſianus, a. um. Hieronymus fecit à Magneſia.
Magnetes, populi sunt Magneſiæ regionis.
Magneti. populi Darij regis tributarij. Herod. lid. 3.
Magnetis, idis. fœmina est. ex Magneſia regione.
Magnetis filius Glaphyras, conditor Glaphyrarum urbis Theſſaliæ. Steph.
Magneſſa Hippolytæ, Acaſti regis Magneſiæ coniunx.
Magniana, opp. est Pannoniæ ſuperioris. Pto.
Magnus. flu. est Cappadociæ.
Magnus portus, Ptolemæo in diuerſis locis ponitur.

Magnus

Magnus portus, locus Britanniæ. Pto. Vulgo Portiſmouth.
Mago, onis. opp. eſt in minori Baleari Pto.
Mago, auctoris Afri nomen, qui de re ruſtica ſcripſit.
Mago, dux Carthaginenſis, qui Romanis in bello Tarentino auxilio uenit ante bellum Punicum. Liu.
Mago, Annibalis frater in agro Inſubrium uulneratus, apud Corſicam obijt. Liuio. lib. XXX.
Mago, item à Scipione apud Carthaginem in Hiſpania captus, ac per Lælium Romam miſſus. Liuio.
Magog, filius Iaphet, à quo Magogæ dicti, qui Græcis Scythæ. Ioſepho. lib. 1.
Magogum regnum, in Aſia quem Saturnus Babylonius rex condi iuſſerat.
Magoras, fluuius eſt Phœniciæ. Plin. lib. V. cap. XX.
Magorum ſinus, ponitur in Arabia fœlici. Pto.
Magrada, flu. eſt citerioris Hiſpaniæ Pomp.
Maguda, ciuitas eſt Meſopatamiæ ad Euphratem. Pto.
Magulaba, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Pto.
Maguntia, ciuitas eſt Germaniæ.
Maguntæ, populi ſunt Germaniæ.
Magura, ciuitas eſt Libyæ interioris. Pto.
Maguſa, ciuitas eſt in Arabia petræa. Pto.
Maia, Atlantis filia ex Pleione nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit.
Maia, dea quædam Fauni filia, cui in mellario uaſe non mel, ſed uinum ſacrificabant.
Maieſtas, dea Honoris & Reuerentiæ filia. Ouid.
Maius, menſis à maioribus quibus conſecratus erat dictus, ſicut Iunius à iunioribus. Macrob.
Malaca, oppidum eſt Bætica in ora maritima. Pomp. Vulgo. Malaga.
Malacitanus, a. um. res ad Malacam Bæticæ pertinens.
Malacath, ciuitas eſt Libyæ interioris. Ptol.
Malchubij, populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.
Malchus, hiſtoricus ſcripſit hiſtoriam à Conſtantino uſq; ad Anaſtaſium. Suid.
Malchus, famulus ſacerdotis quem percuſſit D. Petrus.
Malea, promont. eſt ſinus Laconici in Peloponneſo. Vulgo. Cap. Maluesia.
Maleacus, a. um. à Malea, ut, ſinus Maleacus.
Malena, regio eſt Atarnitidis. Herod. lib. 6.
Maleos, inſula adiacens Hyberniæ una ex quinq; Ebudis. Pto.
Maleos, emporium eſt Aethiopiæ Aegypti. Pto.
Maleos, inſula eſt adiacens Liburniæ.
Malethubalus, mons eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Pto.
Maleuentum, Campaniæ opp. quod boni ominis cauſa Beneuentũ uerſum. Perotto. Vulgo Beniuento.
Maleus, mons eſt Indiæ in Oretum gente. Plin. lib. 2.
Maliaca, ciuitas eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptolo. Vulgo. Benauente.
Maliachi, duæ inſulæ in ſinu Arabico. Pto.
Maliatha, ciuitas eſt Arabiæ petræa. Pto.
Malichos, inſ. eſt à qua Scenꝯon, 225. paſſuum mulibus diſtat. Solin. cap. 70.
Maliea, urbs Theſſaliæ, à qua populi Maliees. Step.
Malieus, opp. à quo ſinus Maliacus uidetur dictus.
Malieus, apud Papinium legitur pro quo mendoſe Mileos.
Malieus, ciuitas eſt contermina Locridi & Doridi.
Malliacus ſinus, qui adiacet Malieo oppido.
Malimnus, Siciliæ mons Theocrito, ob id quod malis. i. pomis refertus ſit.
Mallaba, ciuitas eſt in Arabia fœlici. Pto.
Mallada, urbs Perſica, gentile Malladenus. Steph.
Mallois, locus in Leſbo, ubi Apollinis templum eſt. Steph.
Mallos, ciuitas eſt Ciliciæ propriæ dictæ. Pto. Vulgo Malo.
Mallotes uir, & Mallotis fœmina, à Mallo.
Malotæ, per ſimplex l. ſcribitur ſemper à Latinis.
Malotæ, à patria dicuntur Crates. Ariſtophanes, & Philiſtides.
Malotæ, uide an ſit à Malos an Mallos.
Malquæ, populi ſunt Libyæ interioris. Pto.
Malſane, urbs fœlicis Arabiæ, gentile Malſanites. Steph.
Malthace, inſula eſt adiacens Corcyræ. Plin. lib. 4. cap. 12.
Malua, per u uocalem, flu. eſt Mauritaniæ Tingitanæ.
Malua, in finibus orientis collocata inſula.
Mamala, uilla eſt in Arabia fœlici. Pto.
Mamarcina, urbs Auſoniæ: gentile Mamarcinus. Steph.
Mambre, mons iuxta Hebron.
Mamechia, ciuitas eſt Albaniæ regionis Aſiæ. Pto. legendum potius Camechia.
Mamercus, prænomen Aemiliorum.
Mamercorum, meminit Cic. de claris oratori. & in off.
Mamercus, præſul Viennenſis primus ſupplicationes quas noſtri rogationes uocant inſtituit. Volat.
Mamers, dictus eſt Mars Oſcorum lingua, qui & Mauors appellatur.
Mamertes Corinthius, filios fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit. Ouid.
Mamertium, oppidum eſt Campaniæ. Strab. lib. 6.
Mamertini, populi ſunt Campaniæ à Mamertio.
Mamertini, quum colonos in Meſſanam miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini, potius quam Meſſanenſes dicti ſunt.
Mamertina, quoq; Meſſana ciuitas dicta eſt, &c.
Mamertinum uinum, non Meſſanenſe. Martial.
Mammida, ciuitas eſt Perſidis regionis. Pto.
Mammilla, Telegoni filia, à qua Mammillorum familia uocata.
Mammiſea, tetrarchia eſt Syriæ Cœlis. Pli. lib. V. cap. 23.
Mamortha, ciuitas eſt Paleſtinæ Iudææ. Pli. lib. V. cap. 13.
Mampſarus, mons eſt Africæ propriæ. Pto.
Mampſari, populi ſunt eiuſdem Africæ. Pto.
Mamuga, ciuitas eſt Caſiotidis regionis Syriæ. Pto.
Mamurra, eques Romanus Formijs natus. Plin. lib. 36. cap. 6.
Mamurræ, ſenatoria familia erat Romæ.
Mamurrius, faber fuit ærarius qui ancilia fabricauit Saliorum. Ouid.
Manalis petra, oſtium erat Orci per quod animæ inferorum ad ſuperos manant, qui dicuntur Manes.
Manalis petra, quæ cum in urbem pertraheretur inſequebatur pluuia. Feſt.
Manalis fons, dicitur pro eo quod aqua ex eo ſemper manat. Feſto.
Manapia, ciuitas eſt Hiberniæ inſulæ. Pto.
Manarmanis, portus in Germania magna. Pto.
Manates, populi fuere in Latio qui interiere. Plin.
Manathuſa, ſiue Manechuſa, opp. Cretæ inſulæ. Pomp.
Maniathuſa, opp. Cretæ, ubi mendoſè legitur Camoracuſa.
Manchana, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Tigrim. Ptol.

Mandagandeni,pop.ſunt Aeolidis.Pli.lib.V.cap.XXX.
Mandagara,ciuitas eſt Mediæ.Ptol.
Mandagarſis,ciuitas eſt quoq; Mediæ.Pto.
Mandane,Aſtyagis filia,quæ Cambyſi nupſit.Her.
Mandela,pagus eſt in Sabinis. Horat.lib.epiſt.1.
Mandei,orum,populi ſunt Indiæ.Plin.lib.6.cap,17.
Mandetrium,opp.eſt Iiburnorum.Pli.lib.3.cap.22.
Mandibuli,populi ſunt in Aquitania.Strab.
Mandonius,dux Hiſpanus,Romanorum partes in Hiſpania iuuit cum Scipione Africano.Liuio.lib 29.
Mandori,populi ſunt Libyæ interioris.Pto.
Mandro,nauicularius quiſpiam,qui aſpirante fortuna tandem factus eſt imperator.
Mandropolis,urbs Phrygiæ:cuius Mandropolites Steph.
Mandrus,mons eſt Libyæ interioris.Pto.
Mandyrium,urbs Apuliæ:cuius Mandyrinus.Steph.
Maneanan,oppidum eſt mediterraneum Mauritaniæ.Ptol.
Mandubij,populi ſunt Galliæ iuxta Alexiam.
Manechuſa,ſiue Manathuſa oppidum Cretæ inſulæ.
Manes,fluuius eſt Locridis qui & Boagrius.Strab.
Maneſium,urbs Phrygiæ,à Mane ditiſſimo conditore.Step.
Manethus Mendes, Aegypti ſacerdos ſcripſit philoſophiam & alia nonnulla.Suid.
Mangi,Regio eſt,ad quam uenit Marcus Venetus.
Mangon,inſu eſt Aethiopiæ Aegypti in ſinu Arabico.
Mania extrema,oppidum eſt Leſbi inſulæ.Pto.
Mania,urbs Parthorum ab oriente hyberno. Pli.lib.6.cap.25.
Mania,dea larium mater,cui olim ſacrificabant,&c.
Maniæ,laruæ quædam quæ pueris minitari ſolent.
Manichæi,hæretici à quodam Perſa Manichen dicti.
Manitæ,populi ſunt Arabiæ fœlicis.Pto.
Manilius Octauius,Tarquinij gener qui Romanis bellum intulit. Liuio lib.1.
Maniolæ,inſulæ ex aduerſo Indiæ extra Gangem.
Manius,prænomẽ ab eo quod manè quis initio natus ſit,ut Lucius qui luce.Feſt.
Manius Marcius, ædilis,primum frumentum populo in modios aſſibus donauit Pli.lib.18 cap 3.
Manliana,oppidum eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ.Pto.
Manliana, oppidum eſt Tuſcorum in Italia.Ptolo. Vulgo. Malliano.
Manlius,nomen uiri proprium.
Manlius Antiochenus,cõditione ſeruus,arte aſtrologus,ac poëta Plin.lib.35.cap.17.
Manlius Capitolinus.ſic ob defenſum Capitolium dictus.Plin.
T. Manlius Torquatus,cognomento Imperioſus,unde.
Manliana imperia,prouerbium in eos qui nimis rigida iuris obſeruatione,humanitatis & æquitatis obliuiſcuntur.
Manlius Volſo,contra Gallogræcos bellum geſſit, & eos ſuperauit.de quo Liuius.lib.4 decadis.1.
Manlius Torquatus, orator plus habuit facultatis ad dicendum quam uoluntatis.Cic.
L.Manlius,pictor inſignis,de quo Macrobius.
Mannus,filius fuit Teutonis dei à quo dicti Alemanni.
Manoba, oppidum eſt Bæticæ in ora maritima Vulgo. Bezmilliana.
Manocaminum,ciuitas eſt Aegypti.
Manrali,populi ſunt Libyæ interioris.Pto.
Manrali,populi ſunt Colchidis regionis.Pto
Manteum,oppidum eſt in Ionia.Plin lib.V.cap 29.
Murranus,priſcus Latinorum rex,à quo omnes Latini reges Mur
rani ſunt dicti.Seru.
Murſa,urbs Ioniæ,ab Adriano condita.Steph.
Murſella,ciuitas eſt Pannoniæ inferioris.Pto.
Murſia,colonia eſt in Pannonia ſuperiori.Pto.
Murtius,ſiue Murcus,mons Romæ qui poſtea Auentinus.
Murtio ſub monte,ſacellum erat Murtiæ deæ dicatum.
Muſæum,locus circa Olympum in Macedonia.Stephan.
Muſæus,poëta ſcripſit amores Leandri & Herus qui extant:ui-
xit Orphei tempore. .
Muſæus Epheſius,ſcripſit res Pergamenſes lib.X.ſui.
Muſagores,inſulæ tres ſunt prope Cretam Pli.lib 4.
Muſas, poëtæ finxerunt deas eſſe Iouis & Memoriæ filias, quæ
poëtis & muſicæ præeſſent.
Muſarum nomina ſunt.9.Calliope,Clio, Erato,Thalia, Melpo-
mene,Terpſichore,Euterpe,Polymnia,Vrania.
Muſæ, dictæ Heliconiades,Parnaſides, Aonides,Cytheriades
Pierides,Theſpiades,Pegaſides,Hippocrenides,Libethrides,
Pymplea,Caſtalides.
Muſæum,æi.domicilium Muſis dicatum.
Muſburgis,opp.eſt Hiſpaniæ.Pto.
Muſcanda,ciuitas eſt Cappadociæ.Pto.
Muſculani,accolæ ſunt Syrtium. Floro de bellis ſub Aug.
Muſſa,opp.eſt Africæ propriæ.Pto.
Muſta,uilla eſt Ptolemæo inter Sytres
Muſtela,uir qui Ciceronis ualde ſtudioſus fuit.
Muſtilia,ciuitas eſt Cappadociæ Pto.
Muſulani,populi Africæ propriæ.Plin.lib..V.
Muſuni,populi ſunt Africæ propriæ.Pto.
Mutina,ciuitas eſt colonia Galliæ Ciſalpinæ.Vulgo Modena.
Mutinenſis,e.res ad Mutinam pertinens.Varr.
Mutius,nobilis Romanus fuit priſcis temporibus,unde.
Mutia prata,à Mutio qui Porſenam regem ab urbe dimouit.
Muthil,una ex quinq; Molucis inſulis nuper inuentis.
Mutunus,deus qui & Priapus dicitur.
Mutuſta,ſiue Mutiſca ciuitas eſt Sabinorum.Vulgo Treui.
Mutuſtei,populi ſunt Sabinorum à Mutuſta Plin.
Muturgures,populi ſunt Aphricæ propriæ.Ptolo.melius Burtur
gures.
Mutuſtratini,populi ſunt Siciliæ ſtipendiarij.Plin.
Muza,emporium eſt Arabiæ fœlicis.Pto.

M. ante. Y.

Mya,inſula eſt in ſinu Ceramico.Pli.lib.V.cap.XXXI.
Myagrus,deus muſcarum qui aliter Myodes & Achor.Plutarc.
Plin.lib.X cap.28..
Myanda.ciuitas eſt Ciliciæ in continente.Plin.
Mycale,nomen ueneficæ mulieris apud Ouid.lib.12.
Mytale,mons eſt in Aſia propriè dicta.Pto.
Mycale,inſula eſt in ora Ioniæ.Plin.lib.V,cap.XXXI.
Mycalenſis, à Mycale.Vale. De excelſiß.Mycalenſis montis
uertice.
Mycaleſſus,opp eſt Bœotiæ & mons.Plin.lib.4.
Mycenæ,arum.opp.eſt in Peloponneſo.Ptol.unde.
Myceneus.a.um.ſiue Mycenenſis,a Mycenis.
Mycenis,idos.fœmina ab eodem oppido.Oui lib.12.
Mycerinus,Cheopis Aegyptiorum regis fuit filius Herodot.
Myciini,populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.
Mycon, nomen duorum pictorum, quorum unus Athenienſis
fuit,alter Syracuſanus.
Mycone.inſula eſt una ex Cycladibus.Vulgo Micole.unde.
Myconius,a.um.quod ad Myconem pertinet.
Mydeia,opp eſt Bœotiæ per.ei in penultima.
Mydea,ciuitas eadem quæ Lebadia.Hom.
Mydaeum,opp.eſt Phrygiæ magnæ.Pto.
Mydia, inſula una Cycladum quæ & Delos dicitur. Vulgo
Sdiles.
Mydon,Atymnis filius & Pylæmenis ducis Paphlagonum au-
riga.Hom.lib.V.Iliad.
Myes,urbs Ionica gentile Myeſius.Steph.
Mygades,populi qui Cretam tenuerunt.Diod.lib.V.
Mygdonia,regio eſt littoralis Macedoniæ.Herod.
Mygdonia,quoq; regio in Aſia minori quæ & Bithynia,& My
chthonia.
Mygdonius,a.um.& Mygdonides à Mygdonia.
Mygdones,populi ſunt eiuſdem regionis.
Mygdones alteri,populi ſunt Teuthraniæ Pergameni conuentus.
Plin.lib.V.cap.XXX.
Mygdones alij,populi ſunt Meſopotamiæ.Stra lib.XVI.
Mygdonus,fuit frater Otrei,Thraciæ rex.Hom.
Mygiſi,urbs Cariæ: hinc Mygiſia Minerua.Steph.
Myinda, ciuitas eſt prope Anchialum.Strab,quanquam Tymda
legatur.
Mylæ,oppidum eſt Siciliæ inſulæ.Pli.Vulgo.Milazo.ciuis My-
laites.Steph.
Mylæ,inſulæ duæ adiacentes Cretæ.Plin.lib.IIII.
Mylæ,arum.ciuitas eſt in Theſſalia.
Mylas,quidam qui molæ uſum primus reperit.Ste.
Mylaſa,oppidum eſt Cariæ,unde Mylaſenſis.Plin.
Myndos,ciuitas eſt Cariæ.Plin.lib.5.cap.29.

Myndeſius,a um.res ad Myndum pertinens.
Myndus,inſula eſt in pelago Icario.Pto.
Myonneſos,inſula eſt contra Epheſum.Plin.lib.V.
Myonneſos,ciuitas eſt Theſſaliæ.Strab.
Mypſii, populi fuerunt Thraciæ, qui ſe Dario ultro dediderunt. Herod.lib.IIII.
Myra,oppidum Lyciæ à Myro fluuio.Stra.lib.XIIII.cui diuus Nicolaus præfuit.
Myrcinnus,Aedonis locus,opinor Thraciæ.Herod.lib.V.
Myræum,oppidum eſt Cirteſiorum in Africa.Pto.
Myri Adam, locus quo primum egreſſus eſt Noe ex arca poſt diluuium.Beroſ.
Myri Adam,ideſt euiſceratorum hominũ.Interpretatur Beroſus
Myri Adam,incolæ uocant locum egreßorium Noë.Beroſ.
Myriandros,ciuitas eſt Syriæ poſt Ciliciam.Ptol.
Myrica,inſula eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.Pto.
Myrica,Macedoniæ ciuitas,eadem quæ Amphipolis.Steph.
Myrice,nympha fuit,à qua genus ſuum duxit Imilce uxor Hannibalis.Sil.lib.3.
Myricus,urbs Troiæ,è regione Tenedi & Leſbi.Steph.
Myrina,regina Amazonum,quæ.300. peditũ millia ac duo equitum in exercitu habuiſſe perhibetur.
Myrina,ciuitas eſt Lemni inſulæ Pto.
Myrina,oppidum eſt Cretæ mediterraneum.Plin.
Myrina,oppidum in Aeolide regione.Stra.lib.13.
Myrlea, ciuitas eſt prope Rhyndacum amnem,poſtea Apamia. Plin lib.V.cap.32.
Myrleanus,a.um.ad Myrleam ciuitatem pertinens.
Myris,Aegypti ſtagnum. Interpretatur foſſa grandis.
Myrmeca, nomine dicitur therma quod eſt inter Scythiam & Magneſiam.
Myrmecides,uiri proprium,de quo Cic.in Academicis.
Myrmecium,opp.eſt iuxta Pontum Euxinum.Strab.
Myrmex,Epimethei uxor.filium habuit Ephyrum,à quo Corinthus olim Ephyra.Steph.
Myrmidones,populi ſunt iidem qui Hellenes.
Myrmillon,hiſtrionis nomen eſt apud Iuuenalem.
Myron,ſtatuarius Eleutheri filius.Plin.lib.35.cap.2.
Myrrhinuſa,ciuitas eſt Bœotiæ.Strab.lib.9.
Myrrha,filia Cynaræ Cypriorum regis, quæ cum patre ſuo concubuit. Ouid.
Myrſinus,ciuitas eſt in Peloponneſo.Hom.
Myrſus,pater Candaulis Sardium tyranni Herod.
Myrtilis,opp eſt Luſitaniæ maritimum.
Myrtilus,filius Mercurij ex Phaëtuſa,à quo.
Myrtoum mare dictũ,quòd in eo à Pelope præcipitatus ſit.Ouid.
Myrtoum mare,eſt quod inter Cretam & Atticam iacet.
Myrtos,inſula in mari Myrtoo.
Myrtunum,quod Myrſinos,ciuitas in Peloponneſo.
Mys,yos,cælator fuit qui claruit argento cælando.Martial.
Myſia, regio eſt Helleſponto imminens. quæ nunc Boſna & Seruia *dicitur.*
Myſia,duplex ſcribitur,maior,& minor.Pto.
Myſia una,eſt in Aſia,altera in Europa iuxta Iſtrum.
Myſia,quæ in Aſia eſt Gal lib.11 med ſimpl.
Myſi,qui & Mœſi & Meſi,populi ſunt Myſiæ.
Myſia,ciuitas eſt Myſorum in Peloponneſo.Strab.
Myſocaras,portus eſt Mauritaniæ Tingitanæ.Pto.

Myſormus,id eſt,muſcæ ſtatio,ciuitas eſt Aegypti.
Myſotmolitæ,populi ſunt Lydiæ.Plin lib.5.cap.29.
Myſtia,opp.eſt in ora magnæ Græciæ.Pli.lib.3.ciues.Myſtiani.
Myſtia,ciuitas eſt Samnitum.Steph.
Myſtillus coquus eſt apud Martialem.
Myſtus,inſula eſt adiacens Aetoliæ.Plin lib.4.cap.12.
Mytiſerata,caſtellum Siciliæ gentile Myſeratinus.Steph.
Mytiſtraton,oppidum iuxta Carthaginem:gentile Mytiſtratius. Steph.
Myus, untis. opp. Ioniæ quod primo condidere Ionos Athenis profecti.Plin.lib.5.cad.29.
Myunta oppidum, Coydrelus Atheniẽſis Codri filius condidit. Strab.lib.12.

N.

NAarda, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratẽ. Ptol.
Nababurum,oppidum eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Nabacha,ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.Pto.
Nebar.flu.Mauritaniæ Tingitanæ.Plin.lb.V.
Nabaſi,pop.ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.
Nabathæa,regio eſt contermina Arabiæ,dicta uerò.
Nabathæa,(ut noſtri uolunt,)à Nabath Iſmaëlis primogenito.
Nabathæi,populi ſunt Arabiæ ad orientem.
Nabathæus,a.um.res ad Nabathæos pertinens.
Nabathræ.populi ſunt Africæ & Libyæ interioris.Ptolem.
Nabius,flu.eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis.Pto,
Nabia,ciuitas eſt Sarmatiæ in Aſia.Pto.
Nabriſſa,opp.eſt Hiſpaniæ.Pto.quæ alijs Nebriſſa & Veneræ. Vulgo, Librixa.
Nacini,populi ſunt Aethiopiæ ſub Aegypto.Pto.
Nacmuſii,populi ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptolemæo.
Nacolea,ciuitas eſt Phrygiæ magnæ.Pto.
Nacone,urbs Siciliæ:gentile Naconæus.Steph.
Nacraſi,ciuitas eſt Lydiæ Mæoniæ in Aſia propria.Pto.
Nacri campi, ſunt in Gallia Ciſalpina.Vulgo. Vall di Moncirono.
Næniam,deam ueteres coluere,auctore Feſto.
Næſſus,urbs Thraciæ patria Conſtantini regis.Steph.
Næuia,nomen mulieris,à Næuo ſic appellata.
Næuius,poëta comicus uetuſtißimus.Horat,
Næuius Turpio, Verris in omni calumnia præcurſor, & emiſſarius.Cic.7.Verr.
Naganiba,ciuitas eſt in Aethiopia.
Nagara,ciuitas metropolis eſt Arabiæ fœlicis.Pto.
Naiades,nymphæ ſunt fluminum & fontium.
Naiam,ciuitas Galilææ, duodus milibus diſtans à monte Thabor, Interp flactus.
Nais,nomen nymphæ aquaticæ.Stat.3.ſyluarum.
Nais,fluuius qui ex Tauro monte naſcens in Pontum mergitur.
Namarini,populi Galliciæ conuentus Lucenſis.Plin.
Namnetæ,populi ſunt Galliæ Lugdunenſis.Pto.
Nanda,ciuitas eſt Mediæ Pto.
Nanosbes,populi ſunt Libyæ interioris.Pto.
Nantuates,populi ſunt Alpini Cæſari de bello Gallico.
Napæi,populi in Epiro.Steph.

Napæi,pop.in Leſbo & Apollo Napæus.Plin.lib.6.
Naparis,fluuius in Iſtrum defluens.Herod.lib.4.
Nape,ciuitas eſt Locridis regionis.Strab.lib 9.
Napææ,nymphæ ſunt fontium ut ſcribit Seruius.
Napegus,uilla eſt in Arabia fœlici.Ptol.
Napitæ,populi in Scythia,quorum caput uicus Napis.
Napitæ,ciuitas eſt Italiæ,unde ſinus Napitinus. Vulgo Golf de ſanta Eufemia,En Calabria.
Napuca ciuitas eſt in Dacia.Ptol.
Nar,fluuius Vmbriæ in Tyberim fluens.Plin.Vulgo. Negra.
Nar,fluuius Liburniæ.Pomp.Nar inter Pyreos & Liburnos fluit. lib.2 cap.3.
Narabon,flu.eſt Germaniæ magnæ.Ptol.
Naracuſtoma,oſtium ſecundum Iſtri fluminis.Plin.lib.4.
Narane, Dalmatiæ fluuius.200.milibus paſſuum ab Epidauro diſtans.
Narangara,oppidum eſt Numidiæ nouæ in Africa.Ptol.
Narbaſi.populi ſunt Hiſpaniæ.Ptol.
Narbaſis,urbs eſt æſtuaria in Hiſpania.
Narbaſorum forum,ponitur in Hiſpania.Ptol.
Narbo,colonia Romanorum ad Rhodani oſtium.Diod.lib.6.Vulgo Narbona.
Narbonenſis,à Narbona deductum.Cic.2.de oratore.
Narbonenſis Gallia,à Narbona ciuitate dicta eſt.
Narbonenſis Gallia,alio nomine Braccata dicebatur.
Narbona,colonia eſt in Dalmatia.Ptol.
Narbonenſes,quoque populi ſunt Calabriæ.Plin.lib.3.
Narcaſus,uicus & urbs Cariæ:inde Narcaſæus.Steph.
Narciſſus,filius fuit Cephiſi amnis & Lyriopes nymphæ, in florem ſui nominis mutatus.Ouid.
Narciſſus,quoque fuit Claudij imperatoris libertus.
Nardinium,ciuitas eſt Selinorum in Hiſpania Ptol.
Nareſij,populi ſunt in Liburnia,à Nare fluuio.
Nareti,populi ſunt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Nariandus,oppidum eſt Cariæ regionis.Plin lib.5.
Naricia inſula in Ionio,regnum Vlyßis,unde Naricius Vlyſſes.
Naritia,Brutiorum ciuitas in Italia.Verg.lib,3.Aeneid.
Naritij,populi ſunt Italiæ,à Naritia.
Narmalis,urbs Piſidiæ,gentile Narmaleis.Steph.
Narnia,ciuitas eſt Vmbriæ in Italia.Vulgo Narni.
Nars,a,Narnia pro Narnienſis,in marmoreis monumẽtis legitur.
Narnienſes,populi ſunt eiuſdem Narniæ.
Naron,fluuius eſt in Dalmatia.Ptol. Vulgo Narenta.
Narſes eunuchus,Iuſtiniani principis cubicularius.x.annos uarijs euentibus pugnauit.
Nartes,pop.Vmbriæ qui alias Interamnates dicuntur.
Narthacium,opp eſt Phthiotidis in Macedonia.Ptol.
Narthecuſa,inſula eſt prope Rhodum.Plin.lib.5.cap.35.
Narthecis.parua inſula prope Samum ad dextram appellentibus ad urbem.
Narycium,opp.eſt uetuſtißimum Locridis regionis,quod & Naryx & Narice.
Naſabutes,populi ſunt Africæ propriæ.Ptol.
Naſamones,pop.ſunt iuxta Syrtim maiorem.
Naſamoniacus,a,um.& Naſamonius,a.um.adiectiua.
Naſaua,flu.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Naſci,populi ſunt Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Naſcici,cognominati ſunt Calaguritani.
Naſcos,metropolis eſt Arabiæ fœlicis Ptol.
Naſica, nobilis Romanus, qui Gracchum ſeditioſum uirum occidit.Cic.1.Tuſc quæſt.
Naſica,dictus eſt Scipio à Naſi magnitudine.Ouid.
Naſium, oppidum eſt Leucorum in Gallia Belgica. Ptol. Vulgo Nancy.
Naſtes, fuit frater Amphimachi,unus ex his qui in Troianorum auxilium uenerunt. Hom lib.Iliad.2.
Naſunia,ciuitas eſt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptol.
Natembes,populi ſunt Libyæ interioris.Ptol.
Natho,inſula eſt quæ Proſopitis uocatur. Herod.lib.2.
Natio,dea quæ naſcentibus præeſt.Cic.lib.3.de Nat.Deorum.
Natiſo,onis.fluuius eſt Venetiæ regionis.Vulgo Liſonzo.
Naualia,ciuitas eſt Germaniæ.Ptol Alijs tamen Suolla dicitur. Vulgo Suol.
Nauari,populi ſunt Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Nauarius,ciuitas eſt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptol.
Nauarra, pars Hiſpaniæ ſeptentrionalis. Vulgo El realme de Nauarra.
Naubarum,opp.eſt iuxta Mæotidem lacum.Plin.lib.4.
Naucratis,opp.eſt Aegypti celebre.
Naucratites nomos,præfectura eſt in Aegypto.Plin.
Naucraticum oſtium,unum ex.7.Nili.Plin lib.5.cap.x.
Nauæus,flu.eſt Britanniæ inſulæ.Ptol.
Nauia flu.eſt inter Aſtures & Callaicos.
Nauilubio,flu.eſt Gallitiæ.Plin.lib.4.cap.xx.
Naulium,ciuitas Liguriæ portu ac turribus inclyta.Vulgo Noli, port de Genoua.
Naulochus,opp.eſt Thraciæ.Plin.lib.4.cap.11.
Naulochum,opp.eſt in Ionia.Plin lib.5.cap.29.
Naulochum,opp.eſt quoque in Phocide.
Naulochum,dicta eſt olim Smyrna Ioniæ urbs.Steph.
Naumachos,inſula eſt prope Cretam Plin.
Naunes.pop.ſunt Alpium incolæ.Plin.lib.iij cap.xx.
Naupactus,ſiue Naupactum,oppidum eſt Aetoliæ. Ptol. Vulgo Lepanto.
Nauplia nauale,eſt in ſinu Argolico Ptol.
Nauplius,fuit Neptuni filius & Palamedis pater.
Naupliades,patronymicum,id eſt,Palemedes Nauplij filius.
Naupontus,amnis qui & Pamportus dicitur non longè ab Alpibus.Strab. Vulgo Quieto.
Naurus,flu.eſt Theſſaliæ.Strab.lib.9.
Nauſathemon,portæ Phocæ urbis in ſinu maris infimo.
Nauſathemon, à re uocatur, quia ingentem nauium, uim capit. Herodot.
Nauſicaa,filia fuit Alcinoi Phæacum regis & Aretes.
Nauſithous, Neptuni fuit ex Peribœa filius, Alcinoi pater, qui ei in regnum ſucceßit.
Nauſtathmus,portus eſt Cyrenaicæ regionis.Ptol.
Nauſtathmus,portus eſt Siciliæ.Plin.lib.3.cap.8.
Naxia,urbs Cariæ.gentile Naxieus uel Naxiates.Steph.
Naxium,cotes ſunt in Cypro genitæ.Plin.lib.36,cap.7.
Naxos,inſula una è Cycladibus in Aegæo mari. Vulgo Nicſia.
Naxos,dicta eſt prius Strongyle.Herod.& Diod.
Naxos,quoque Dia & Dionyſia appellata eſt.Diod.lib.6.
Naxos,Dionyſia dicta eſt à fertilitate uinearum.Plin.
Naxos quoque in Sicilia quæ poſtea Taurominium dicta. Solin. Vulgo Taormina.

Naxij, populi ſunt Siciliæ inſulæ. Plin. lib. 3 cap. 8.

Naxuana, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.

Nazada ciuitas eſt Mediæ. Ptol.

Nazama, ciuitas eſt Apamenæ regionis Syriæ. Ptol.

Nazarenus, C H R I S T V S *Deus dicitur à Nazareth.*

N. ante. E.

Nea, opp. eſt Troadis regionis. Plin. lib. 2. cap. 96.

Nea, inſula eſt una è Cycladibus in Aegeo. Plin. lib. 2.

Neæra, nympha eſt quæ Soli Phaëtuſam & Lampetiam peperit.

Neæthus, flu eſt Calabriæ. Strab. lib. 6.

Nealces, pictoris nomen qui Venerem pinxit.

Neampaphos. i. noua Paphos in Cypro inſula. Plin.

Neandros, opp. eſt Aeolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30. Alias Neandrium.

Neaneſſus, ciuitas eſt Cappadociæ. Ptol.

Neapolis, oppidum inſigne Italiæ in Campania. Vulgo Napols.

Neapolis, ciuitas eſt Galatiæ in finibus Piſidiæ. Ptol.

Neapolis, opp. eſt Palæſtinæ in Samaria. Ptol.

Neapolis, ciuitas eſt Colchidis regionis. Ptol.

Neapolis, opp eſt Sardiniæ inſulæ. Ptol.

Neapolitanæ aquæ, ſunt in eadem Sardinia. Ptol.

Neapolis, opp eſt Cariæ. Plin lib. 5. cap. 29.

Neapolis, opp eſt Thraciæ, ſiue Macedoniæ.

Neapolis, opp eſt in Gadibus inſula.

Neapolis, urbs eſt Syrtis paruæ. Ptol. Vulgo Tripoli.

Neapolis, urbs eſt Africæ. Ptol.

Neapolitanus, a. um. res ad Neapolim pertinens.

Nearchus, iuuenis fuit eximiæ pulchritudinis. Horat.

Nebis, flu eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol.

Nebriſſa, oppidum eſt Bæticæ inter æſtuaria. Vulgo Librixa.

Nebrodes mons in Sicilia, cui damarum copia nomen dedit.

Nebrophonus, nomen canis uenatici Ouid. lib. 3. Metamorph.

Necepſo, nomen auctoris Firmicus lib. 8.

Necla, ciuitas eſt Arabiæ Petrææ. Ptol.

Necos, Aegypti rex. filius fuit Pſammitichi, cui Pſamis filius in regno ſucceßit Herod. lib. ij.

Necropolis, ciuitas eſt Aegypti. Strab. lib. 17.

Nectiberes, pop ſunt Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.

Nectum, opp. eſt Siciliæ inſulæ Ptol.

Necura, inſula occidentalis uerſus Auſtrum.

Necura idololatræ ſandali & aromatum habent copiam.

Neda, ſiue Nedia, flu eſt Peloponneſi. Strab.

Nede, urbs Arcadiæ, à Nede nympha. Steph.

Nedinum, ciuitas eſt Liburniæ. Ptol.

Nedinates, populi ſunt Nedini oppidi incolæ.

Nedon, urbs & locus Laconiæ: unde Minerua Neduſia. Steph.

Neetus, oppidum eſt in Italia. Strab.

Neitæ, portæ Thebarum à quibus Aldus in Papinium multa.

Neius, mons eſt Ithacæ. Hom lib. 2. Iliad.

Negeta, oppidum eſt Africæ inter Bragadam & Tritonem.

Negla, oppidulum Arabiæ: gentile Neglius. Steph.

Nelaxa, ciuitas eſt Bataneæ regionis in Syria. Ptol.

Neleus, rex fuit in Pylo, Neſtoris pater. Hom.

Neleides, patronymicum à Neleo, & poſſeßiuum Neleius. Ouid. lib. 12.

Nelo, flu. eſt Galliciæ in Hiſpania. Plin. lib. 4.

Nemaloni, populi ſunt Alpini. Plin. lib. 3. cap. 20.

Nemanturiſta. opp. eſt Hiſpaniæ. Ptol.

Nemauſus, opp prouinciæ Narbonenſis, Aricomiſcorum metropolis. Vulgo Nimes.

Nemauſus, urbs Italiæ: gentile Nemauſius. Steph.

Nemea, ciuitas eſt Peloponneſi mediterranea Ptol.

Nemea, regio eſt Arcadiæ in Peloponneſo.

Nemea, ſylua inter Cleonas & Philuntem. Strab.

Nemei ludi, in Archemori honorem in quibus uictores apio coronabantur.

Nemeæus, a. um. quadriſyllabum, res ad Nemeam pertinens, ut: Leo Nemeæus.

Nementuri, populi ſunt Alpini. Plin lib 3. cap 20.

Nemeoſi, populi ſunt Galliæ Aquitanicæ Plin. lib 4.

Nemertes, nympha marina, dicta quaſi incorruptibilis.

Nemeſis, dea quæ facinoroſos & impios punire putabatur, Rhamnuſia quoque dicta.

Nemeſium, uilla eſt Libycæ nomidis in Aegypto. Ptol.

Nemetati, populi ſunt Hiſpaniæ. Ptol.

Nemeti, populi ſunt Galliæ Belgicæ. Ptol. Los de vuormacia en Alemaña.

Nemetobriga, opp. eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Vulgo Val de Nebro.

Nemetum, Germaniæ urbs. Vulgo Spira.

Nenſa, opp eſt Africæ propriæ. Ptol.

Nentidaua, ciuitas eſt Daciæ. Ptol.

Neobole, Lycambis filia, quæ Archilocho poetæ promiſſa, deinde negata fuit.

Neocæſarea, ciuitas eſt Cappadociæ. Ptol.

Neocles, philoſophus Athenienſis. frater Epicuri ſcripſit de ſecta ſua Diog.

Neodunum, opp eſt Galliæ Lugdunenſis. Ptol. Vul. Leondoul.

Neoga, opp. Aſturum in ora maritima.

Neogiala, nauale eſt in Arabia fœlici. Ptol.

Neomagus, oppidum Nemetorum in Gallia Belgica. Ptol. Vulgo Spira.

Neomagus, opp eſt Galliæ Lugdunenſis. Ptol.

Neomagus, opp eſt quoque Britanniæ. Ptol.

Neon, opp eſt in Theſſalia Strab lib 9.

Neontichos, opp eſt Aeolidis regionis Plin lib. 5.

Neoptolemus, Achillis fuit ex Deidamia filius.

Nepeta ſiue Nepita, uel Nepite, opp. eſt Tuſciæ mediterraneum; Vulgo Nepi.

Nepeta, quoque legitur Nepe & Nepet indeclinabile apud Priſcianum.

Nepeſini, non Nepitini à Nepete dicuntur. Sil.

Nephele, uxor Athamantis mater Phryxi & Helles.

Nepheleus, a. um. ut: Nepheleum pecus i. aries. Val.

Nephelococcygia, confictum urbis nomen apud Ariſtophanem; Stephano.

Nephthalitæ, pop denominati in Oriente. Steph.

Neptunus, Saturni & Opis filius, maris deus dictus eſt.

Neptunalia, orum. Neptuni ſacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

Neptunius, a. um. adiect. ut Neptunia regna.

Neptuni aræ, ponuntur in Numidia Ptol. Bugia.

Neptuni delubrum, eſt in Iſthmo Corinthiaco. Pomp.

Neptuni templum, quoque eſt in Caria.

Neptuni lucus, in Bœotia Hom. 2. Iliad.

Neptunius, mons eſt Siciliæ. Solin. cap. 11.

Nequinum,ciuitas Italiæ,quæ poſtea Narnia. Vulgo Narni.
Nequinum,ſic dictum,propter incolarum libidinoſam inertiam.
Nequinates,dicti Narnienſes,à Nequino.Feſt.
Nerabus,urbs Syriæ:gentile Nerabius.Steph.
Nereus,marinus deus Oceani & Tethyos filius.Heſi.
Nereides,fuerunt maris nymphæ.Stat.lib.iij.Syluar.
Nerij,populi ſunt Galliciæ regionis in Hiſpania.Plin.
Nerio,enis.Martis uxor.Plaut.in Truc.
Nerigos,inſula eſt ſeptentrionalis ad Thylen.Plin.lib.4.
Neretini,pop.ſunt Hirpinorum in Italia.Plin.
Nericus,urbs Acarnaniæ:ciuis Nericius.Steph.
Neriphos,inſula eſt non longè à Cherſoneſo Thraciæ.Plin.
Neritum, opp. eſt Salentinorum mediterraneum. Ptolem. Vulgo Nardo en terra de Otranto.
Neritum,an Viretum? Ouid. Salentinumq; Neritum.
Neritos,mons eſt in Ithaca inſula.Plin.lib.4.cap.12.
Neritos,inſula eſt prope Zacynthum in ſinu Ionio. Strab. Vulgo Leucada,S.Maura.
Neritos,urbs quoque eſt in Ithaca inſula.Strab.
Neritus,a.um.à Nerito,ut:Neritus Vlyſſes.Ouid.
Nerium,promont.eſt in finibus Galliciæ.Vul. Cap Finiſterre.
Nero,uerbum Sabinum eſt,quo ſignificatur uirtus & fortitudo.
Nero, Imperator fuit Romanorum, omnium quos unquam terra ſuſtulit crudeliſſimus,unde.
Nerones,crudeles,& Neroniores,crudeliores dicimus.
Neronianus,a.um.& Neronius,a.um.à Nerone.Stat.
Neronis forum,ciuitas eſt Galliæ Narbonenſis.Ptol.
Nertobriga,opp.eſt Hiſpaniæ.Ptol.
Nerua.flu.eſt Hiſpaniæ citerioris.Ptol.
Neruesia,uicus eſt Aequiculorum in Italia.
Neruij,ſiue Neruſij,populi ſunt Galliæ Belgicæ. Vulgo Los de Tornay,Henao,y Cambray.
Nerulani,pop.ſunt Latij iuxta Romam.Plin.lib iij.
Nerulum,opp.eſt Lucanorum in Italia.
Nerulonenſes,pop.à Nerulo cognominati.
Neſa,regia montana,iuxta Aetnam.
Neſæus,campus apud Medos.Steph.
Neſæa,nympha eſt,à natando ſic dicta.
Neſi,pop.Scythiæ in Europa optimis equis abundantes. Plin.lib. 6.cap.20.
Neſiotis,regio eſt Sarmatiæ Aſiaticæ.
Neſis,inſula eſt adiacens Campaniæ.Luc.
Neſium,ſiue Neſos,opp.eſt Eubœæ inſulæ.Pomp.
Neſonis,quondam dicta fuit,quæ poſtea Theſſalia.Strab.
Neſonius lacus,eſt in Theſſalia.Strab.
Neſſus,Centaurus fuit Ixionis ex Nube filius.
Neſſeus,a.um.adiect.ut:Neſſeum uenenum Ouid.
Neſſus, flu. eſt Thraciæ. Ptol. qui Solino dicitur Neſtus. Vulgo Niſſua.
Neſſus,opp.quoque in Thracia ponitur.
Neſtor,oris.filius fuit Nelei & Chloridis.Hom.
Neſtorides,patronymicum,& Neſtoreus poſſeſſiuum.
Neſua,flu.eſt Cantabrorum.Pompo.lib.iij.cap.5.
Neſus,opp.eſt in Myſia ſuperiori.Ptol.
Netalcuſa,ciuitas eſt Theſſaliæ.Strab.
Netij,populi ſunt Italiæ ad Alpes.Sempronio.
Neuceria,ciuitas eſt Vmbriæ quæ Nuceria.Vulgo Nocera.
Neuola,flumen eſt in Sentinati agro.

Neuri,pop.Scythiæ Europæ.Plin.lib.4.cap.12.
Neuris,ipſa regio eſt Neurorum populorum.
Neuri,ſiue Neuræ populi ſunt ijdem qui Neruij.
Neuræ,non Neuri aut Neuræ ſcribendum eſt.
Neuræ,dicitur ſicut Paxæ Golgæ ex Herod.Pom.Sol.
Neut,metropolis & nomos eſt in Aegypto.Ptol.

N. ante. I.

Nia,fluuius eſt Libyæ interioris.Ptol.
Niathos,fluuius eſt Theocrito,quem eius enarratores, dicunt eſſe in Sicilia.
Niara,ciuitas eſt Syriæ in Cyriſtica regione.Ptol.
Nibis,oppidum eſt Hiſpaniæ.
Nibis,urbs Aegypti:gentile Nibites.Steph.
Nicator,urbs Syriæ,à Seleuco Nicatore condita.Steph.
Nicæa,ciuitas eſt Ponti ſiue Bithyniæ.Ptol.
Nicæa,ciuitas eſt Locridis regionis.Strab.lib.ix.
Nicæa,oppidum in confinio Italiæ & Galliæ. Vulgo Niſſa.
Nicæa,ciuitas eſt Indorum.Strab lib.1.
Nicæa,ciuitas Indiæ ab Alexandro condita.Trogo.
Nicæa,an Nicea,ciuitas Corſicæ inſulæ.Diod.
Nicenſis,e.quod ad Nicæam urbem pertinet,ſiue prouinciam.
Nicæarchus,pictor fuit ſua ætate eximius.Plin lib.35.cap.11.
Nicander,uiri proprium,quaſi uictor uir.
Nicander, Colophonius poeta, ſcripſit de Theriaca contra uenenum,& de Agricultura.Suid.
Nicanor, Alexandrinus grammaticus ſub Adriano principe, æqualis Hermippo Berytio.Suid.
Nicator,dictus fuit Seleucus,quia in bello ſemper inuictus extitit. Appian.in Syriaco.
Nicetes,Smyrnæus ſophiſta Adriano principi gratus.
Nicephorium,ciuitas eſt Meſopotamiæ.Ptol.
Nicia,fluuius eſt in Padum defluens.Plin. Vulgo Lenza.
Niciæ,uicus in Aegypto eſt:gentile Niciotes.Steph.
Nicias, Pyrrhi medicus, qui Pyrrhum ueneno necare Fabritio promiſit.
Nicias, Grammaticus Romæ familiaris Pompeio & Cic.Sueto.
Nicias,Athenienſis pictor.Plin.lib.35.cap.11.
Nicia,ciuitas eſt mediterranea Ciliciæ.Ptol.
Nicij,metropolis,eſt in Aegypto.Ptol.
Nico,unus è principibus Tarentinorum qui in Annibalem coniurarunt.Liuio decad.3.
Nicocreon,ontis.Cypriorum tyrannus.
Nicolaus,uiri proprium,quaſi uictor populi.
Nicolaitæ,hæretici fuere à quodam Nicolao nomen ducentes.
Nicomachus,dictus fuit pater Ariſtotelis.
Nicomachus,ex Alexandria Troadis, poeta tragicus ſcripſit comœdias undecim.Suid.
Nicomachus, Athenienſis tragicus, qui Euripidem & Theogenem uicit.Suid.
Nicomachus Machaonis filius,& Aeſculapij nepos.
Nicomachus,pictor Ariſtodemi filius.Plin.lib.35.
Nicomedes,rex Bithyniæ Romanorum amicus.
Nicomedia,ciuitas eſt Bithyniæ.Ptol.quæ Turcis.Vulgo Nichor dicitur,nautis uero Comidia.
Nicomedienſis,fecit Hieronymus à Nicomedia.
Niconia,urbs in Ponto iuxta Iſtri oſtia.Strab.lib.7.
Nicophanes.pictor elegans & concinnus.Plin.lib.35.

Nicopolis,ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Nicopolis,ciuitas Epiri,in Actio promontorio.Vul. Preueza.
Nicopolis,à uictoria Auguſti ſic appellata fuit.
Nicopolis,ciuitas eſt Thraciæ mediterranea.Ptol.
Nicopolis,ciuitas eſt Ciliciæ mediterranea.Ptol.
Nicoſtrata,mater Euandri Arcadis,futurorum uaticinatrix. Interpr.uictorioſa exercitu.
Nicoſtratus,Macedo orator inter decem ſecundus.Sui.
Nicoſtratus item,poeta comicus Athenæo.
Nicrus,uel Nicer,flu. Germaniæ,fontes habet in ſylua Martiana. Vulgo Necker.
Niga,ciuitas eſt Albaniæ.Ptol.
Nigbeni,populi ſunt Africæ propriæ.Ptol.
Niger flu.eſt Thraciæ,qui Græcè Melanos dicitur.
Niger,flu. eiuſdem cum Nilo naturæ, in interiori Africa. Vulgo Riu de Senega.
Nigidius figulus,Philoſophus Pythagoricus Romæ floruit Cæſaris tempore.
Nigintini,populi ſunt Africæ propriæ.Ptol.
Nigira,metropolis eſt Libyæ interioris.Ptol.
Nigri lapidis dorſum,mons eſt in Aegypto.
Nigri fons,eſt in Aethiopia.Plin.lib.5 cap.8.
Nigri mons,eſt in Cyrenaica,parte Africæ interioris. Plin.lib.5. cap.5.
Nigritæ,populi ſunt Aethiopiæ.Pomp & aliis.
Nigritis palus,eſt in Libya interiori.Ptol.
Niguza,opp.eſt Mediæ.Ptol.
Nilo,onis.mons eſt Indorum.Solin.
Nilus,Aegypti fluuius,antea Melo dictus.
Niliacus,a.um adiect ut:Thus Niliacum.Stat.
Nilometriũ,puteus eſt in ripa Nili ex integro lapide cõſtructus.
Nilotis,idis. à Nilo. Luc. Quod Nilotis acus compreßit pectine ferrum.
Nilis,idis.palus eſt quam Nilus fluuius facit.
Nimblis,inſula eſt non longe à Cyaro.
Nina,urbs quam condidit Ninus ſiue Amazones.Her.
Ninea,urbs Oenotrorum gentile Ninæus.Steph.
Ninus,ſiue Niniue,opp.eſt Aſſyriæ.Ptol.
Niniuitæ,pop.in ea habitantes.
Ninoẽ,urbs Cariæ:alias Aphrodiſios dicta.Steph.
Ninus,fluuius eſt Cariæ.Plin.lib.5.
Niuus,filius fuit Beli,primus Aſſyriorum rex.
Nioba,filia Tantali,& ſoror Pelopis uxorq; Amphionis.Diod. Sicul.lib.5.
Niobe,filia Phoronei ex qua Iupiter Axim genuit.
Niobe,fons eſt in Peloponneſo.Plin.lib.4.cap.5.
Niobæus,a.um.adiect.ut:Proles Niobæa Horat.
Nioſſum,opp.eſt Sarmatiæ in Europa.Ptol.
Niphæus,uiri proprium ab equis interfecti.Verg.x.Aen.
Niphates,portio eſt montis Tauri.
Niphates,ciuitas eſt & fluuius Armeniæ.
Niphuaandra,ciuitas eſt Mediæ.Ptol.
Nipſa,urbs Thraciæ:ciuis Nipſæus.Steph.
Nipſæi,populi ſunt Thraciæ Herod.lib.4.
Nireus,rex fuit Naxi,Charopi & Aglaiæ filius.
Niſa,ciuitas eſt Lyciæ.Ptol.
Niſa,urbs Hellados.Hom.lib Iliad 2.
Niſæa,nauale Megaridis,à Niſo Pandionis filio.Steph.
Niſæus,mons in Media in quo equi pulcherrimi naſcebantur.
Niſerga,ciuitas eſt Perſidis regionis Ptol.
Niſia,montana regio iuxta Aetnam.Ouid.
Niſibis,urbs iuxta Tigrim fluuium ſita.Steph.
Niſirii,populi erant Cariæ ſub Arthemiſia.
Niſines,populi ſunt Africæ propriæ dictæ.Ptol.
Niſiros,inſula parua eſt in ora Cariæ. Strab.lib.x. Vul. Niſaro.
Niſus,rex fuit Megarenſium pater Scyllæ.Ouid.
Niſus item, Hirtaci filius indiſſolubili amicitiæ uinculo coniunctus Euryalo.Verg.lib.9.
Nutria,ciuitas eſt Aegypti,unde Nitrites nomos.Plin.
Nitriotæ,populi ſunt Aegypti Ptol.
Niuaria,inſula una ex Fortunatis.Ptol.& Solin.

N. ante. O.

Noæ,urbs Siciliæ:gentile Noæus.Steph.
Noas flu.eſt Thraciæ regionis. Herod.lib.4.
Nobana,opp.eſt Hiſpaniæ.Liu.lib.35.
Nobila,opp.eſt Hiſpaniæ.Liu.lib.35.
Noamii,populi ſunt Siciliæ inſulæ.Plin.
Noæga,ciuitas eſt Aſturum maritima.Pomp.lib.3.
Noela,opp.eſt Galliciæ in Hiſpania.Plin lib.4.
Noẽs.fluuius Thraciæ in Iſtrum fluens. Herod.lib.2.
Nola,colonia eſt Campaniæ in Italia.Ptol.
Nolanus,a.um.ſiue Nolenſis,à Nola ciuitate.
Nolaſena,ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Nomades,populi in Scythia Europæ, ſic dicti, quòd pecuaria exerceant.Strab.lib.11.
Nomades pop.Africæ in Numidia.Sol.cap.39.
Nomades Numidæ,pop.ſunt Numidiæ.Plin.lib.5.
Nomades Indi,populi ſunt in India.
Nomas,adis.à prædictis populis.Verg. Hic Nomadum genus.
Nomas,flu eſt ſeptentrionalis.Flacco.
Nomba,urbs Iudææ:gentile Nombæus.Steph.
Nomæi,pop.qui poſtea Scythæ dicti ſunt.Steph.
Nomentum, oppidum in Latio prope Romam dictum à Nomento conditore,Columell.Vulgo Lamentana.
Nomentana uia,quæ ab urbe tendit Nomentum.
Nomentanus,a.um.res ad Nomentum pertinens.
Nomiſterium,opp.eſt in Germania.Ptol.
Nona,una ex Parcis. Gell.lib.3.cap.16.
Nonacris,mons eſt Arcadiæ.Plin.lib.4.cap.6.
Nonacrius,a. um res ad hunc montem pertinens.Ouid.
Nonacris,urbs eſt Arcadiæ.Steph.ex Lycophrone.
Nonagria prius dicebatur quæ poſtea Andros.Pli.Vul. Andro.
Nonymna,urbs Ciciliæ:ciuis Nonymnæus.Steph.
Nora,ciuitas eſt Sardiniæ:gentile Noranus.Steph.
Norba Cæſarea, colonia Luſitaniæ in Hiſpania. Ptole. Vulgo Alcantara.
Norbenſes.ſiue Norbani,ab hac Norba dicti.
Norbe,opp.eſt Latii quod interiit.Plin.lib.3.cap 5.
Noreia,opp.Tauriſcorum in Gallia Ciſalpina.Plin.lib.3.cap.19. Vulgo Goricia.
Norenſes,ſiue Noritani,pop.ſunt Sardiniæ.
Noricum,regio eſt in Europa prope Vindeliciam. Vulgo Stiria y Carinthia.
Noricum,plerique Bauariam nunc dici uolunt.
Norici,populi ſunt eiuſdem regionis.

Norion, inſula eſt una ex Fortunatis. Solin.
Noritani, populi ſunt in Sardinia.
Normæ, toparchia eſt Iudææ Paleſtinæ.
Nortmania, regio Galliæ ultra Sequanam flumen.
Nortuegia, regio Europæ ſeptentrionalis. Vulgò Noruega.
Noſcopium, opp. eſt Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.
Noſora, inſula rubri maris: inſularis Noſotenus. Steph.
Noſtia, uicus Arcadiæ, alias Eſtiania. Steph.
Noticornu, promont. Aegypti in ſinu Barbarico.
Notium. i. auſtrinum, promontorium eſt Hyberniæ inſulæ. Ptol. Vulgo Cap de mar.
Notium promontorium in partibus occidentis collocatum uerſus ſeptentrionem declinans.
Notium promontorium, in Morſulo regno eſt in eo littore ſunt Ichthiophagi, & ſunt Aethiopes.
Notium, opp. Ioniæ, ubi Clarij Apollinis fanum.
Notus, uentus meridionalis, Auſter dictus. Steph.
Noua Auguſta, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Ptol.
Noua mœnia, opp. eſt Sarmatiæ in Europa. Hodie Album caſtrum. Vulgo Vuiſſemburg.
Nouęſium, opp. eſt Germaniæ. Ptol. Vulgo Nuſſen.
Nouantum, peninſula eſt & promontorium Britanniæ. Ptol.
Nouantum, aliqui legunt Nouacum, aliqui Nouantum.
Nouale, ſiue Nouſa, ciuitas eſt Myſiæ inferioris.
Nouaria, ciuitas eſt Inſubrum trans Padum. Ptol. Vul. Nouara.
Nouellus, Mediolanenſis quidam, Tricongius cognominatus, ob id quòd tres uini congios uno impetu epotauerit.
Nouenniæ, ciuitas Thraciæ, quæ & Amphipolis.
Nouidunum, ciuitas eſt Pannoniæ ſuperioris. Ptol.
Nouiodunum, oppidum eſt Myſiæ inferioris non Nuiodunum.
Nouiodunum, opp. eſt Sueßionum Cæſari. Vulgo Noyon.
Nouiodunum, oppidum eſt Heduorum Cæſa. lib. 7. belli Gall.
Nouiodunum item, opp. Biturigum. Cæſ. lib. 7.
Nouiomagus, opp eſt Aquitaniæ. Ptol.
Nouium, opp. eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol. Vulgo Noya.
Nouius, flu. eſt Libyæ interioris Ptol.
Nouius. flu. eſt Britanniæ. Ptol.
Nouocomum, opp. eſt Italiæ, Plinij patria, unde.
Nouocomenſes, à Nouocomo oppido dicti.
Nouus portus, ponitur in Britannia. Ptol. Vulgo Rye.

N. ante. V.

Nuba, palus eſt Libyæ interioris. Ptol.
Nubæ, populi ſunt Aethiopiæ Aegypti. Ptol.
Nubi, populi ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Nubium, uicus eſt Iberiæ regionis Ptol.
Nuceria, ciuitas eſt Vmbrorum. Ptol. Vulgo Nocera cognominata Alphatenia.
Nuceria, quoque ciuitas eſt Apulorum. Ptol.
Nuceria, colonia Picentinorum in Italia. Ptol.
Nuceria, ciuitas quoque eſt Galliæ Togatæ. Ptol.
Nuceria, ciuitas eſt Campaniæ. Plin. lib. 3. cap. 5.
Nucerini, populi dicti ab his Nucerijs.
Nucerinus ager, abluente Sarno eſt in ora Campaniæ.
Nuchul, fons eſt, unde Nilus erumpit Pomp lib. 3.
Nucranum, oppidum eſt Myſiæ inferioris. Ptol. opinor legi debere Niconium.
Nuditanum, oppidum eſt Bæticæ. Plin. lib. 3. cap. 1.

Nuegeria, oppidum eſt Galliæ Belgicæ.
Nuetini, pop. in Campania à Tyberi ad Sarnum. Cat.
Nuidunum, oppidum Myſiæ inferioris. Ptol. an Nouiodunum.
Numa Pompilius, uir Sabinus, ſecundum rex Romanorum à Romulo, iuſtitia & pietate inſignis.
Numana, opp. eſt Piceni in Italia. Pom lib. 2.
Numantia, ciuitas eſt Celtiberorum in Hiſpania. Ptol.
Numantia, ciuitas clariſsima in Tarraconēſi, quæ nunc eſt Cæſaraugusta, alijs uero Soria.
Numantini, populi ſunt eiuſdem ciuitatis incolæ.
Numantinus, a. um ut, Bellum Numantinum.
Numeſtrani, populi ſunt Lucaniæ in Italia. Plin.
Numicius, flu. eſt Latij ueteris. Seru.
Numidia, regio eſt Latè patēs ī Africa. Pt. El realme de Tuniz
Numidia noua, diſtinguitur eidē à ueteri. El realme de Bugia.
Numidæ, populi ſunt utriuſque Numidiæ.
Numidæ, dicti ſunt à dictione Nomades. Plin. lib. 5.
Numidicus ſinus, qui adiacet Numidiæ.
Numiſtrum, oppidum Brutiorum mediterraneum. Ptol.
Numitor, filius Procæ Albanorum regis, & Amulij frater, Romuli & Remi auus maternus.
Nundina, Romanorum dea à nono naſcentium die dicta, qui & Luſtricus dies dicitur.
Nurſia, ciuitas eſt Vmbrorum. Vulgo Norſa.
Nurſia in quarta Italiæ regione Plinio ponitur.
Nurſia, à Vergilio frigida dicta.
Nurſini, pop ſunt Sabinorum in Italia. Plin. lib. 3.
Nurſinus, a. um. Mart. Nurſinas poteris parcius eſſe rapas.
Nurum, oppidum Africæ inter Bragadam & Tritonem.

N. ante. Y.

Nyctelius, dictus fuit Bacchus quod ſacra eius noctu fierent.
Nycteus, Neptuni fuit filius ex Celene Atlantis filia.
Nyctimene, nomen puellæ quæ Nyctei filia fuit.
Nyctileia, ſacrificia nocturna quæ Baccho fiebant.
Nyctorix, regina Babyloniæ quæ poſt Semiramim ſola regnauit. Herod. lib. 1.
Nymphas, antiqui aquarum deas putabant, quaſi lympharum numina. Interp ſponſa.
Nymphæ quoque dicuntur Muſæ.
Nympholepti, dicuntur quaſi Nympharum ſpiritu correpti.
Nymphæa, inſula iuxta Adriam ubi Calypſo habitauit: gentile (Nymphæus.
Nymphæa, inſula eſt adiacēs Sardiniæ. Pto.
Nymphæa, inſu. dicta eſt prius quæ poſtea Cos. Pli. Vul. Lango,
Nymphæa, inſula eſt prope Samum. Plin lib. 5. cap. 13.
Nymphæum, promontorium eſt Chalcidicæ regionis Macedoniæ.
Nymphæum, opp. eſt ad paludem Mæotidem. Ptol.
Nymphæum, promontorium eſt Liburniæ. Plin. lib. 3. cap. 22.
Nymphæus, portus eſt Sardiniæ inſulæ. Ptol.
Nymphæus, ſpecus eſt in Scythia Europæ. Pomp. lib. 2.
Nymphæus, fluuius eſt Latij iuxta Velitras. Vulgo Stora.
Nymphas in Arcadia eſt, gentile Nymphaſius. Pauſan. lib. 8.
Nymphon, uir quidam Colophonius de quo. Cic.
Nyrax, urbe Celtica: gentile Nyracius. Steph.
Nyſa, mulieris nomen apud Verg. Egloga. 8.
Nyſa, ciuitas Armeniæ minoris in præfectura Muriana.
Nyſa, oppidum Arabiæ in quo Bacchus educatus fuit à Nymphis. Luc.

Nyſæus,a.um. Luc. Baccumque auertere Nyſa. Luc. In qua Nyſæus Hydaſpes.
Nyſa,mons eſt & ciuitas in India.Strab.lib.15.
Nyſij.populi.Indorum cognominati ſunt à Nyſa.
Nyſa,oppidum eſt Bœotiæ.Hom.2.Iliad.
Nyſa, ciuitas eſt Thraciæ.Steph.
Nyſa,ciuitas in qua regnauit Nyſus Strab.Stat.
Nyſeides,à Nyſa Arabiæ.Ouid.Nymphæ Nyſeides antris.
Nyſigena,qui in Nyſa natus eſt.Catull.
Nyſæa,ciuitas & emporium eſt Megaridis in Achaia.
Nyſiada,inſula quæ Naxos,Diod.Vulgo Nicſia.
Nyſibis, ciuitas eſt Meſopotamiæ. Ptol.quæ in ſacris literis dicitur Achar.
Nyſſa,oppidum eſt Cariæ.Ptol.

O.

OA,uicus Atticæ in Pandionide tribu.Steph.
Oanus,urbs Lydiæ.Steph.
Oaſis magna, & Oaſis parua urbes ſunt Aegypti. Ptol.
Oaſitæ,populi Aegypti ab utraque dicti.
Oaxis,fluuius eſt Cretæ inſulæ.Verg.
Oaxus,ciuitas eſt Cretæ inſulæ.Herod.

O.ante. B.

Obera,ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.Ptol.
Obans,ciuitas eſt in Aſſyria.Ptol.
Obareni,pars Armeniæ,circa Cyrum fluuium.Steph.
Obila,ciuitas eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ.Ptol.
Obilæ,populi ſunt Aegypti.Ptol.
Oboca,fluuius eſt Hyberniæ inſulæ.Ptol.
Obolium,oppidum eſt in Myſia.
Obrapa ciuitas eſt Arabiæ fœlicis Ptol.
Obrica,oppidum eſt Bardulorum in Hiſpania.
Obrima,fluuius eſt in Mæandrum cadens.Plin.lib.5.
Obrineus,fluuius eſt Galliæ Belgicæ.Ptol. Vulgo Moſella.
Obris,fluuius eſt prouinciæ Narbonenſis.Plin lib.3.
Obſicella,oppidum eſt Cantabriæ.Strab.lib.iij.
Obucula, ſiue Obulco, oppidum eſt Bæticæ. Plin. lib. iij. Vulgo Vbeda.
Obulenſij,populi ſunt Myſiæ inferioris.Ptol.

O. ante. C.

Oca,ciuitas eſt Indorum.Strab.lib.15.
Ocalea,oppidum eſt Bœotiæ regionis.Strab.lib.9.
Ocanida,ciuitas eſt inſula Arabiæ.Diod lib.6.
Oceanus,fuit Cœli & Veſtæ filius,Tethyos coniunx.
Oceanitis,idis dicitur filia Oceani.Verg.4.Georg.
Oceanius, a. um. & Oceanides, patronymicum fœmininum ab Oceanis.
Oceanus, mare dicitur, quod uniuerſam terram circuit, dictus ab ὠκὺς,quod eſt uelox.Seru.
Oceanus ſeptentrionalis, qui & Glacialis & Scythicus dicitur. Vulgo Mar glaſſac.
Oceanus ſeptentrionalis,à Cimbris Marimaruſa dicitur.
Oceanus & Cronios,id eſt Saturnus,& necros.i.mortuus dicitur.
Oceanum,poetæ,pro quocunque mari uſurpant.

Ocelis,oppidum eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.
Ocellum,promontorium eſt Britanniæ.Ptol.Vulgo Spron.
Ocellum, oppidum eſt Hiſpaniæ Luſitaniæ.Ptol. Vulgo Otero del rey.
Ocelenſes,populi ſunt Luſitaniæ.Plin lib.4.cap.22.
Ocelenſes alij,populi ſunt iuxta Durium fluuium.
Ocelum,oppidum eſt Alpinum Cæſari.lib.1.de bello Gallico.
Ocetis,inſula eſt adiacens Britanniæ.Ptol.
Ocha,mons eſt Eubœæ inſulæ.Strab.lib.x.
Ochesius, Aetolorum dux, uir longe præſtantiſſimus in bello Troiano interemptus.Hom.
Ochryi,populi ſunt in Theſſalia.Strab.
Ochus,fluuius eſt Bactrianorum.Plin.lib.31.cap.7.
Ociroë,nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod.
Ocnus,filius Tyberis & Mantus Mantuæ conditor,quem Vergil. Bianorem uocat.
Ocni nomine,non tam ſignificatur ignauus,quam laborioſus.
Ocra,oppidum eſt Carnorum quod interijt.
Ocra,ciuitas eſt Italiæ.Strab.lib.4.
Ocra,mons eſt in una ex tribus portionibus Alpium Sempron.
Ocriculum,ciuitas eſt Vilumbrorum.Ptol. Vulgo Vtriculi.
Ocrinum,quod & Damonium,promontorium eſt Britanniæ. Pto. Vulgo Mons S.Michaelis.
Octapitarum promontorium,eſt in Britannia.Ptol.
Octauia,gens à Velitris nomen accepit.Suet.
Octauius,primus Cæſarum.Auguſtus cognominatus eſt.
Octauius Auguſtus,natus eſt M.Tul.Ciceron.Coſ.
Octauius Manilius,cum quo A. Poſthumius dictator bello Tuſculano dimicauit.Cic.
Octauius Balbus,iudex,homo & iuris & officij peritiſſimus.
Octauius Marſus,ſceleratus latro fuit.Cic.
Q. Octauius,à Lucio Cinna ſuo collega interfectus.
Octauius Auitus, & Pœtelius Fauſtinus, furta Vergilij adnotarunt.Seru.
Octauiæ,duæ porticus Romæ appellabantur.Feſt.
Octauiæ porticus, prope theatrum Marcelli ab Octauia ſorore Auguſti factæ.
Octauiæ porticus,prope theatrum Pompeij,quam fecit Cn. Octauius,Cn.filius.Feſt.
Octauianus,a.um.adiectiuum,ut,Bellum Octauianum.Cicer.
Octauiolca,ciuitas eſt in Hiſpania.Ptol.
Octodurenſes,populi ſunt Alpini.Plin.lib.iij.cap.xx.
Octodurum,Veragrorum,opp. Vulgo S.Mauricio.
Octodurum,urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis.Ptol.alio nomine campus Gothorum. Vulgo Toro.
Octopolis,ciuitas eſt Lyciæ.Ptol.
Octulani,populi ſunt in ueteri Latio.Plin lib.iij.
Ocyalus, unus Phæacum tempore Alcinoi regis. Homer. lib.7. odyſſ.
Ocypete,una ex Harpyis, ſic dicta quod alarũ uelocitate polleat.
Ocyroê,Chironis Centauri fuit filia.Ouid.
Ocyron,fluuius eſt in finibus Arcadiæ.

O. ante. D.

Odeſſa,locus eſt prope oppidum Patras.Sol.cap.14.aliqui legunt Scioëſſa.
Odeſſus,oppidum Thraciæ.Strab.lib.7.
Odytes,unus ex Centauris Ixionis & Nubis filijs.

odympolis,regio Heraclea,iuxta Pontum.Steph.
odius, Halizonum dux,quem Agamemnon interfecit. Homer. Iliad.5.
odogana,ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.Ptol.
odogra,ciuitas eſt Cappadociæ.Ptol.
odomantes.populi ſunt Thraciæ.Plin.lib.4.cap.11.
odones,populi Thraciæ Mædis uicini.Steph.
odrangidæ,populi ſunt Libyæ interioris.Ptol.
odryſæ,populi ſunt Thraciæ.Plin.lib.4.cap.11.
odryſius,a.um.Mart.Victor ab Odryſio redditur orbe deus.
odyſſea, ſiue Vlyſſea, promontorium eſt Siciliæ. Ptolem. Vulgo Port de palo.
odyſſea,opus inſigne Homeri de Vlyſsis uita & erroribus.
odyſſus,ciuitas eſt Myſiæ inferioris.Ptol.
odytes,unus è Centauris Ixionis & Nubis filius.

O. ante. E.

oēa,ciuitas inſignis Africæ,unde oēenſis.
oēa,una fuit ex tribus quæ Tripolim Africanam fecerunt.Solin.
oēenſes,populi ſunt Africæ inter duas Syrtes.
oeagrus, fluuius eſt Thraciæ, pater Orphei uatis, unde Hebrus naſcitur.Seru.unde.
oeagrius, a. um. Vergil. Gurgite cum medio portas Oeagrius Hebrus.
oeanthe,oppidum eſt Locrorum Ozolarum.Plin.lib.4.cap.5.
oeaſo duplex,ponitur in Hiſpania.Ptol.
oebades, Darij ſtabularius, cuius induſtria ipſe Darius Perſarum regnum adeptus eſt. Herod.
oebalia, dicitur Tarentum, quod Lacones in Italia duce Phalanto condidere. Vulgo Taranto.
oebalia,Laconia dicta eſt ab Oebalo Tyndari patre.
oebaliæ matres,non leue nomen habent.i.Italicæ.
oebalius,a.um pro Laconicus ab Oebalia.Mart.
oebalius,Phœbi culpa doloróq; puer.Auſo.Oebalius flos.
oebalides Hiacynthus. Ouid. Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta.
oebalides.i.Caſtor uel Pollux,Oebalis.i.Helena.
oebalus,Argulij filius,rex Laconiæ,à quo Oebalia.
oebalus,Telonis regis Caprearum inſulæ prope Neapolim filius, & nymphæ Sebethidis.Seru.
oechaleus,fluuius qui Oechaliam præterfluit.Hom.
oechalia,pars Laconiæ propinqua Theſſaliæ,à qua.
oechalia,oppidum Meſſeniæ in Peloponneſo.Strab.
oechalia altera,oppidum in Eubœa inſula.
oecyrines, uir Argiuus, qui donauit Agamemnonem thorace pulcherrimo.Hom.Iliad.lib.11.
oedipodia,fons eſt Bœotiæ.Plin.lib.4.cap.7.
oedipus,odis.filius Laij Thebanorum regis & Iocaſtæ.
oedipodionius,a.um.adiectiuum ab Oedipo.Ouid.
oedipodioniæ,quid ſunt niſi nomina Thebæ?
oemadæ,populi ſunt in Theſſalia.Strab.
oenades,populi ſunt Indiæ.Strab.
oenei,populi ſunt Liburniæ.Plin.lib.3 cap.22.
oenanthia,ciuitas eſt Sarmatiæ Aſiaticæ.Ptol.
oenare,inſula eſt contra Epheſum.Plin.lib.5.cap.31.
oeneanda,ſiue Oena,oppidum eſt Lyciæ.Ptol.
oeneus,Calydoniæ rex,& Deianiræ pater.
oeniadæ,populi fuerunt in Acarnania.

oenoa,oppidum fuit in Attica regione.Plin.lib.4 cap.7.
oenoa,ciuitas eſt Laconiæ in Peloponneſo.Strab.lib.8.
oenoa, inſula una Cycladum quæ poſtea Sicynus dicta. Vulgo Sifano.
oenochema,mons eſt in finibus Africæ.
oenochonus,fluuius Theſſaliæ in Peneum defluens.
oenoē,una ex duabus urbibus Icariæ:gentile Oenēus.Steph.
oenomaus,rex fuit Elidis & pater Hippodamiæ,qui uictus à Pelope regnum amiſit.
oenone,inſula prius dicta quæ poſtea Aegina. Vulgo Legina.
oenone,nympha in Ida monte à Paride adamata.
oenopi,populi ſunt Italiæ.Strab.
oenopia, inſula eſt quæ alio nomine Aegina dicitur. Vulgo Legina.
oenopius,a.um.adiectiuum,ut,Muri Oenopij.Ouid.
oenopides,nomen uiri mathematici ex Chio inſula.
oenops,uir Peloponneſius apud Homerum.
oenotria,quondam dicta eſt pars Italiæ.
oenotrij,populi fuerunt illius regionis.
oenotrius,a.um.Sil.Parituŕq; ferox Oenotria iura Carthago.
oenotrides,dictæ ſunt duæ inſulæ,quæ ſunt contra Veliam,Pontia ſcilicet & Iſacia Plin.
oenunia,ciuitas eſt Parthiæ regionis.Ptol.
oenuſſæ,inſulæ tres in ſinu Aſinæo.Plin.lib.4 cap.12.
oenuſſa,inſula eſt prope Chion inſulam.Plin.lib.5.
oeon,uicus in tribu Leontide.Steph.
oeos,opp.Tegeæ:ciues Oeatæ.Steph.
oeroe,inſula eſt ex Aſopi filia.Herod.lib.9.
oeſcus,ciuitas eſt Myſiæ inferioris.Ptol.
oeſcus,ciuitas eſt Daciæ.Ptol.
oeſporis,uicus eſt ad Syrtim magnam.Ptol.
oeſtros,flu.eſt Pamphyliæ regionis.Pomp.
oeſyma,ſiue Aeſyma,ciuitas eſt Thraciæ.Pomp.
oeta,mons inter Theſſaliam & Macedoniam.Plin.lib.25.cap.5. in quo Hercules ſeipſum combuſsit.
oeta,mons eſt Doridos.Plin.lib.4.cap.17.
oetæ,populi ſunt eius montis accolæ.
oetæus,a.um.adiect.Ouid.Oetæas ſpernite flammas.
oetæus ſinus,eſt Bœotiæ in Achaia.Ptol.
oethymi,populi ſunt iuxta Pontum.Perott.
oetoſcyros,lingua Scythica Apollo dicebatur.
oethus frater Ephialtis gigantis,filius Aloēi.Verg.
oetylus,urbs Laconiæ,ab Oetylo heroe.Steph.
oeuraſius,mons eſt Galliæ Celticæ.
oezenis,urbs Ponti,quæ deinde Trapezus dicta eſt.Steph.

O. ante. F.

ofentina tribus,ab Ofente fluuio dicta eſt.Feſt.
ofentina,ab Vfente dicitur.Feſt.

O.ante. G.

ogdolapis,flu.nauigabilis ex Alpibus fluens.Strab.
ogdous,Aegypti rex Vchoreus cognominatus.Diod.
oglaſa,inſula eſt in mari Liguſtico contra Corſicam.Plin.
oglamus,mons eſt Aegypti.Ptol.
ogyges, rex fuit Thebanorum, ſub quo primum fuit diluuium Varro in Prologo.3.lib.de re Ruſt.
ogygius,a.um.adiect.ut Ogygia mœnia.i.Thebana.

ogygia, inſula eſt contra Lacinium promont. Plin.
ogygia, inſula qua & Calypſus ubi regnauit Calypſo.
ogygianum, una ex. iiij. colonijs quas Ianus poſuit in mediterraneis Italiæ, quam.
ogygianum à ſuo nomine uocauit, nam Ianus Ogygius patria Phœnix fuit.
ogygiana regio, inter Senas & Aretium, ubi.
ogygianũ, opp. quod uulgo abſciſſa prima litera Gigianũ dicitur
ogylus, inſula inter Peloponneſum & Cretam: gentile ogylius. ſtephano.
ogyris, inſula eſt Arabiæ fœlicis. Plin. lib. 6. & Pomp.

O. ante. I.

oicles, filius fuit Antiphatis, filij Melampi. Hom.
oileus, Locrorum rex & pater Aiacis Oilei. Verg.

O. ante. L.

olane, quod poſtea Volane, oſtium unum Padi fluminis.
olapia, ciuitas eſt Arabia fœlicis. Ptol.
olarſo, opp. eſt Hiſpaniæ prope Bardulos. Plin. lib. 4. Vulgo Oyarço.
olbaſa, ciuitas eſt Ciliciæ mediterranea. Ptol.
olbaſa, ciuitas eſt Piſidiæ in Pamphylia. Ptol.
olbaſa, quoque ciuitas eſt Cappadociæ. Ptol.
olbelus, urbs Macedonia: gentile olbelius. Steph.
olbi, urbs Aegypti iuxta Libyam: gentile olbitæ. Steph.
olbia, ciuitas eſt prouinciæ Narbonenſis. Pomp. Vulgo Eres.
olbia, ſiue olbiopolis, ciuitas eſt prope Boryſthenem.
olbia, quoque opp. eſt Ponti. Strab. Vulgo Verlia.
olbia, ciuitas eſt in ora maritima Pamphyliæ. Ptol.
olbia, ciuitas eſt Sardiniæ inſulæ. Ptol. unde.
olbianus portus, in eadem Sardinia. Ptol.
olbyſij, pop. circa columnas Herculis. Steph.
olcachites ſinus, in Numidia. Ptol. Vulgo Alcon.
olcades, populi ſunt Hiſpaniæ. Liuio. Pablacio en aquellas comarcas, aont ara trobam la vila de Ocaña, del regne de Toledo.
olchinium, quod prius Colchinium, opp. Liburniæ.
olearos, inſula una ex Cycladibus. Ptol.
oleaſtrum, promont. eſt Mauritaniæ Tingitanæ.
oleaſtrum, opp. eſt Beticæ conuentus Gaditani. Plin.
oleaſtrum, lucus eſt poſt Gaditanum. Pomp. lib. 3. cap. 5.
oleaſtrum, non Oleatrum legendum eſt. Pompo. Anton. & alijs uetuſtiß.
olenus, uir fuit qui Lethæam duxit uxorem. Ouid. lib. x.
olenus, ciuitas eſt Tectoſagarum in Galatia. Ptol.
olenus, oppidum in Aetolia iuxta quod fuit aper Calydonius.
olenus, opp. eſt in Achaia propria dicta. Ptol.
olenus, Bœotiæ urbs ſic dicta ab Oleno Vulcani filio.
olenius, a. um. poſſeſ. ab oleno, ut: Capella olenia. Ouid.
olerus, urbs Cretæ in alto loco ſita, ultra Hierapytnam. Steph. Hinc Minerua oleria.
olganus, filius Beretis Macedonis. Steph.
oliaros, inſula in mari Aegæo, una Cycladum. Verg.
oliba, ciuitas Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol. Vulgo Olit.
olibama, ciuitas eſt Armeniæ.
olicana, ciuitas eſt Britanniæ. Ptol.
olina, flu. eſt Galliæ Lugdunenſis. Ptol.
olina, urbs iuxta Caſpium mare: gentile olinæus. Steph.
olitingi, opp. eſt Beticæ. Pomp. lib. 3. cap. 1.
olliculani, pop. in oppido Latij quod interijt. Plin.
ollius, fluuius eſt in Padum defluens. Plin. lib. 3. Vulgo Oglio.
olme, ſiue Olmos, opp. eſt Ciliciæ. Plin. lib. 5.
olobogra, urbs Macedoniæ: gentile Olobagrus. Steph.
oloëſſa, prius dicta, quæ poſtea Rhodus. Plin.
olonde, pop. ſunt Sarmatiæ Aſiaticæ, Ptol.
olooſſon, ciuitas eſt Theſſaliæ. Strab. lib. 9.
olophyxus, urbs eſt iuxta Athon montem. Herod. lib. 7.
olbe, caſtellum Acarnanum: qui inhabitat olpeus. Steph.
olulis, opp. eſt Siciliæ inſulæ. Ptol.
olulis alia, ciuitas eſt Cretæ inſulæ. Ptol.
olympia, urbs erat inter Oſſam & Olympum montem. Strab.
olympia hæc, dicitur Arpina à matre Oenomai. Steph.
olycræ, urbs circa Naupactum: gentile olycræus. Steph.
olympe, urbs Illyriæ: gentile olympæus. Steph.
olympia, orum, ludi in honorem Iouis Olympici, unde.
olympiacus, a. um. ut: olympiaca uictoria. Strab. lib. 8.
olympicus, quod eſt olympi, ut: Iupiter olympicus.
olympionices, qui in olympiaco certamine uictor euaſit: νίκη quippe uictoria dicitur.
olympias, mulieris proprium matris Alexandri mag.
olympias, uentus in Eubœa flans. Plin. lib. 18. cap. 24.
olympieum, locus in Delo: gentile olympieus. Steph.
olympiodorus, uiri proprium, qui docuit Epaminundam canere tibijs.
olympiodorus alius, commentaria ſcripſit in Eccleſiaſtem.
olympius, Myſius tibicen & poeta Melicus. Suid.
olympius, alius Phryx, tibicen tempore Midæ regis. Suid.
olympius Nemeſianus, ſcripſit Halientica & alia. Vop.
olympius, præſul natione Hiſpanus, inter Eccleſiaſticos ſcriptores à Gennadio connumeratur.
olympius, item unus fuit hexarchorum Italiæ.
olympi, plures montes fuerunt in uarijs locis.
olympus, Græcè dicitur mons omnis regionis altior Xenoph, in æquiuocis.
olympus, dictus eſt quaſi ὁλόλαμπος, id eſt totus ſplendẽs, quia nullis unquam nubibus fuſcatur.
olympus, mons eſt in Theſſalia omnibus altior.
olympus, mons macedoniam diuidit à Thracia. Hig.
olympus, mons eſt Gallogræciæ. Tortell.
olympus, mons eſt ad mare rubrum in Aethiopia.
olympus, mons in Myſia, ad cuius radices Pruſa ab Annibale condita.
olympenus, a. um. ab olympo Myſiæ monte. Steph.
olympus, mons eſt in Peloponneſo. Strab. lib. 8.
olympus, mons eſt in Cypro inſula. Strab. lib. 14.
olympus, mons eſt in Lesbo inſula. Plin. lib. 5. cap. 31.
olympus, mons eſt Aſiæ propriæ dictæ.
olympini, pop. ſunt Aſiæ.
olympus, mons eſt in Lycia. Plin. lib. 21. cap. 6.
olympus quoque, ciuitas eſt in Lycia. Strab. lib. 14.
olympicus, a. um. quod ad olympum ſpectat.
olynthus, ciuitas eſt Thraciæ iuxta Atticam regionem.
olyra, ciuitas eſt Meſſeniæ in Peloponneſo. Strab.
olyras, flu. eſt Bœotiæ ad Thermopylas. Strab. lib. 9.
olyſſa, ciuitas eſt Cretæ inſulæ. Strab. lib. x.

olyſippo, opp. eſt celeberrimum Luſitaniæ. Vulgo Lixbona.
olyſipponenſis, e. res ad olyſipponem pertinens.
Peripatetici,philoſophi erant Athenis,de quorum origine Cic.
Periphanes,nomen eſt comici Græci.
Periphanes,nomen uiri apud Verg 2.Aeneid.
Perirheuſa,inſula eſt contra Epheſum.Plin.lib.V ca.31.
Periſtere,urbs,Phœnicum:gentile Periſterites Steph.
Perifterides,inſulæ ſunt prope Smyrnam.Plin lib.V.
Perithœdæ,uicus in tribu Oeneide.Steph.
Permiſſus flu. Bœotiæ ex Helicone cadens,unde
Permiſſius,a, um. Claud. Fons Aganippea Permiſsius educat unda.
Permiſsiacus,a,um.Martian Ne Permiſsiaci gurgitis.
Pero, filia fuit Nelei & ſoror Neſtoris.Hom.
Peronticum,opp.eſt Thraciæ. Ptol

Perorſi,ſiue Perori,pop.Aethiopum in fine Mauritaniæ.
Perpereni, populi ſunt Aſiæ conuentus Pergameni.Pli.
Perperennæ,opp.eſt Aeolidis.Plin.lib.V.cap.30.
Perrhebi,ſiue Perebi.pop.ſunt Epiri.Plin.
Perrhebus,a,um.res ad Theßaliam pertinens.
Perſeis,nympha Oceani & Tethyos filia.Heſiod.
Perſephone,ea eſt quæ à noſtris Proſerpina dicitur.
Perſepolis,urbs eſt Perſici regni caput.Trog.lib.1.
Perſes,filius fuit Perſei ex Andromeda.
Perſes,rex macedonum,de quo Aemylius triumphauit.
Perſes,uates Aſcræus Heſiodi poetæ frater Suid.
Perſes, Solis & Perſæ filius rex tauricæ regionis.
Perſeus filius Iouis & Danaes,Gorgonas deuicit, de quo multa alia præclara geſta narrantur.
Perſeus,urbs Attica & portus eiuſdem nominis.Steph.
Perſei ſpecula,in Aegypto.Herod lib.2.
Perſeis,idis patronimicum à Perſeo.Ouid.de Ponto.
Perſia,regio orientalis eadem quæ Perſis,idis.
Perſæ,pop. Perſiæ regionis incolæ.Cic.in Tuſc.
Perſis,idis regio Aſiæ Orientalis eadem quæ Perſia.
Perſis,à Perſia:gentile de muliere,nã de uiro Perſes dicitur Step.
Perſicus ſinus, qui Perſidi regioni adiacet.Plin.
Perſicus,a,um quod ad Perſiam ſpectat ut regnum Perſicum.
Perſicus, aliquando pro diuite & opulento capitur, à Perſarum luxu & diuitijs.Horat.Perſicos odi puer.
Perſica mala,dicta ſunt quod ex Perſia primum allata ſunt. Plin. lib.13.
Perſius Flaccus poëta Romanorum doctiſsimus.Cic.
Perta, ciuitas eſt Bizenorum in Galatia.Ptol.
Peru,regio eſt ditiſsima Americæ,ab æquatore uerſus auſtrum in occidente collocata.
Peru,domos nonullas auro intectas habet.
Peru frumentum bis per annum mittit,animalibus abundat, lethiferis tamen animalibus caret.
Perus, ſiue Porus, fluuius eſt Peloponneſi.Strab.
Peruſium,ij.ſiue Peruſia,æ. Hetruriæ in Italia ciuitas quæ nunc Peruſi.
Peruſij portionem,Griphonij Armeni condiderunt.Beroſ.
Peruſiam alteram,Thurrenus Mæon condidit.Apian.
Peruſiam tertiam,duce Vibio Achæo conditam ait Iuſtinus:
Peruſiæ,lapide exciſo monſtrantur,itaq; Peruſia tripolis eſt.
Peſcennius,uir Ciceroni perbeneuolus,Cic.ad Terentiam.
Peſici,populi ſunt Aſturum in hiſpania.Plin.lib.3.
Peſsida,ciuitas eſt Lybiæ interioris.Ptol.
Peſsinus,untis.opp. Phrygiæ in Aſia.Strab.lib.12.
Peſsinuntius,matris magnæ ſacerdos Cic de aruſp.
Peſsium,opp. eſt in Iazygibus Metanaſtis.Ptol.
Peſtum.opp.eſt Campaniæ à Græcis dictum Poſidonia. Vulgo. Policaſtro.
Peſtanus,a,um. Mart. Tantaq; Peſtani gloria ruris erit.
Peſtanus ſinus,eſt mare adiacens Lucaniæ. Vulgo Golf Agropolitano en Baſilicata.
Peſus,opp eſt in Heleſponto Herod.
Petaliæ,inſulæ ſunt in euripo Euboico.Plin.lib.4.
Petalus,uiri proprium.Ouid.Petalus irridens Stygijs cano cætera dixit.
Petauonium,opp.eſt Superatiorum in Hiſpania.Pto.
Peteniſus,opp.eſt Gallatiæ.Ptol.

Peteon, opp. eſt Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 7.
Petilia, opp. eſt Italiæ in ſinu Scyllaceo. Vulgo Belicaſtro en Calabria.
Petoſiris. Aegyptius mathematicus inſignis. Pli. lib. 7. cap. 49. & lib. 2. cap. 25.
Petra. opp. Arabiæ Nabathæorum metropol, Vnde.
Petræa, Arabiæ pars nuncupatur. Strab. lib. 16.
Petra, opp. eſt Siciliæ prope Hyblam. Ptol.
Petræa, idem quod Petra opp. Siciliæ.
Petra Syrenum, urbs eſt Lucaniæ. Pli. lib. 3. cap. iiij.
Petra coracos, id eſt corui locus, in Ithaca. Hom.
Petra, locus eſt prope Dyrrachium.
Petra, promont. eſt ad ſinum Arabiæ.
Petræ magnæ, & Petræ paruæ. portus Aegypti, Ptol.
Petræa, nympha oceani & Thetios filia.
Petreius, dux Pompeianus à Cæſare in Hiſpania ſuperatus, ut ſcribit Cæſ. in comm.
Petrini pop. ſunt Siciliæ inſulæ. Pli. lib. 3.
Petrinum prædium, eſt prope Sinueſſam. Horat.
Petrocorij, pop ſunt Galliæ Aequitanicæ. Vulgo Perigort.
Petrodana, ciuitas eſt Daciæ. Ptol.
Petronia, fluuius in Tyberim per petras defluens.
Petronia, uxor Vitellij Romanorum imperatoris.
Petronius, Aegypti præfectus ab Auguſto miſſus. Stra.
Petronius Granius, centurio octauæ legionis ſub Cæſare bello Gallico militans. Plut.
Petronius alius, qui Aelij beneficio ex humili loco ad equeſtrem ordinem peruenerat. Val.
Petronius item, pater Veſpaſiani Cæſaris.
Petronius Perpenna, qui Conſtantianas thermas in priſtinũ ſplẽdorem reſtituit.
Pethronius Diodorus medicus ſcripſit antilegomena. Plin. lib. 8. cap. 20.
Petroſaca. parua regio Archadiæ: gentile Petroſacæus. Step.
Petroſſa, inſula Ciliciæ, gentile Petroſſæus. Step.
Petroſus campus, eſt in prouincia Narbonenſi. Strab.
Petuaria, ciuitas eſt Britanniæ inſulæ. Ptol.
Peuce, mons eſt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Peuces, inſula Borealis, in primo Iſtri fluuij oſtio. Plin.
Peucerij, populi ſunt in Illyrico. Plin. lib. 3. cap. 21.
Peucetij, pop ſunt in Apulia. Strab lib. 6.
Peuceria, regio eſt quã incolunt Peucetij, Vulg. Terra de Barri.
Peucetius, a, um. Ouid. lib. iiij. Peucetioſq; ſinus.
Peucini, populi ſunt Germaniæ. Plin. lib. iiij. cap. xiiij.
Peuneam, inſulam eſſe in partibus occidentis conſtat, habitatores ſunt idololatræ.

P. ante. H

Phabia, urbs eſt Celtogalatarum, gentile Phabiates. Step.
Phabiranum, opp. eſt Germaniæ magnæ Ptol. Vulgo Bremen.
Phacion, opp. Theſſaliæ, gentile Phacieus. Steph.
Phacuſa, ciuitas eſt metropolis Aegypti. Ptol.
Phæa, proprium nomen ſuis Cremmyoniæ. Step.
Phæacia, inſula maris Ionij quæ poſtea Corcyra. Vulgo Corfu.
Phæaces, populi ſunt illius habitatores.
Phæaeus, a, um. & Phæacius, a, um. ad Phæaciam pertinens.
Phæax, filius fuit Neptuni & Corciræ. Steph.
Phædimus, filius Amphionis & Niobes. Ouid.
Phædon Athenienſis, in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus fuit.
Phædon, alius Elidenſis, Socratis auditor. Gell. lib. 2.
Phædra, fuit regis Minois ex Paſiphaë coniuge filia.
Phædrus, unus fuit diſcipulorum Platonis.
Phædynna, Orantis nobilis Perſæ filia. Herod. lib. 4.
Phæniana, Rhetiæ urbs quæ hodie Bebenhuſen.
Phæſtum, ciuitas eſt Eſtiotarum in Macedonia. Ptol.
Phæſtum, opp. eſt Cretæ mediterraneum. Plin. lib. iiij.
Phæſtum, opp. eſt Locrorum Ozolarum. Plin. lib. iiij.
Phæſtius, a, um. Ouid. Nam quondam Phæſtia regna.
Phæſtias, idem: Inter Phæſtiadas quæ laudatiß. forma.
Phæſtus, fuit Bori Mæonij filius, ab Idomeneo interfectus. Hom. Iliad. 5.
Phæſtus, mons Cretæ circa Cortynam urbem. Step.
Phaëton, dictio triſyllaba, dicitur Solino. & Seruio.
Phaëton, Ligurum rex fuit uetuſtiſſimus, cuius multæ in Hetruſco littore coloniæ.
Phaeton alius, Iouis fuit & Clymenes filius. Cat.
Phaetontiades, Clymenes & Solis filiæ dicuntur.
Phaetontius, a, um. & Phaetonteus, a, um. à Phaetonte.
Phaetuſa, ſolis filia ex Neæra nympha ſoror Lampetiæ.
Phago, uir inſignis uoracitatis & guloſitatis. Vopiſc.
Phagres, urbs Thraciæ: gentile Phagreſius. Step.
Phalacra, opp. eſt mediterraneum Cyrenaicæ. Ptol.
Phalacræ, cacumen Idæ, in quo propter niuem nihil prouenit, ſed caluum eſt. Step.
Phalacrium, promont. eſt Siciliæ inſulæ. Ptol. Vulg. Raſoculmo.
Phalacrium, Solino dicitur Phalantium.
Phalacrum, promontorium eſt Corcyræ inſulæ. Plin.
Phalagni, opp. eſt Arabiæ fœlicis. Pto.
Phalacrus, fuit Aeoli filius: Hom. 10. odyßeæ.
Phalactia, ciuitas eſt Macedoniæ. Pto.
Phalangis mons eſt Aethiopiæ ſub Aegypto. Pto.
Phalanæa, urbs Cretæ: ciuis Phalanæus. Step.
Phalantis, dux fuit eorum qui Tarentum condiderunt.
Phalantus urbs & mons Arcadiæ à Phalanto. Step.
Phalara, ciuitas eſt Atticæ in ſinu Maliaco. Plin.
Phalaris, Agrigentinorum fuit tyrannus in Sicilia.
Phalaris, quoq;, grammaticus fuit, cuius meminit Cicero.
Phalaſarna, opp. eſt Cretæ. Stra. lib. 10.
Phalaſia, promontorium eſt Eubœæ inſulæ. Ptol.
Phalera, portus eſt Atticæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 7.
Phalericum mare, eſt in eadem Attica.
Phalerij, pop. ſunt in Italia à Phalerio argiuo. Sol.
Phaleron, uicus & nauale Atticæ: incola Phalereus. Step.
Phaleſina, opp. eſt Thraciæ regionis. Plin. lib. 4.
Phaliſcæ portus Hetruriæ. Vulgo Monte Fiaſco.
Phaliſcus, uicus Romæ, eſt ex Fabio pict.
Phaliſca, regio in Italia quoq; à Phaliſco argiuo. Sol.
Phallana, opp. eſt Magneſiæ. Plin. lib. iiij. cap. 9.
Phalora, urbs Theſſaliæ, inde Phalorenſis. Step.
Phanes, mons eſt in Arabia fœlici.
Phanizon, uicus Amaſeæ: incola Phanizonita. Step.
Phanaca, ciuitas eſt Mediæ regionis. Ptol.
Phanæus, mons eſt in promontorio Chij uitibus conſitus, ſic à Phaneo rege dictus. Seru.
Phanæus, promontorium Chij inſulæ, Vulgo Cabo Maſtico.

Phanagoria,ciuitas eſt iuxta Boſphorum Cimmerium. Ptolo. Gentile Phanagorites.

Phanagoria,campus eſt in Cappadocia.Ptol.

Phanaſpa,ciuitas eſt Mediæ.Ptol.

Phandana,ciuitas eſt Armeniæ maioris.Ptol.

Phanes ,uir Halicarnaßeus,de quo aliqua Herodot.lib.iij.

Phaneſij pop.in inſulis ſeptentrionalibus, habent aures adeò effuſas,ut reliqua uiſcera contegant illis.Solin.

Phanias libertus Appij Pulchri.Cic.in Epiſt.

Phanoteus,urbs Phocidis:gentile Phanetis.Steph.

Phantia,urbs Troadis,à Cumanis condita.Steph.

Phanturites nomos,præfectura eſt Thebaidis.Plin.

Phao , iuuenis mortalium omnium formoſißimus à Sapho poetria adamatus.Ouid.

Phara op.eſt Arabiæ Petrææ.Ptol.

Phara, lacus eſt Iudææ. Solin.

Pharæ, arum.opp.eſt Cretæ.Plin.lib.4.

Pharambara, opp.eſt Mediæ.Ptol.

Pharan,urbs inter Aegyptum & Arabiam.Steph.

Pharanitæ,pop.ſunt Arabiæ Petrææ.Ptol.

Pharao,nomen fuit dignitatis regum Aegypti.Euſe. Nam Pharaonis nomen regem ſignificat.

Pharaſtia opp.eſt Mediæ.Ptol.

Pharatha,op.eſt Arabiæ fœlicis.Ptol.

Pharathus,urbs Galilææ:gentile Pharathonites. Steph.

Pharax, uicus eſt Syrtis magnæ in Africa propria.Ptol.

Pharbatitana plaga,eſt Aegypto.Ptol.

Pharbætos,ciuitas eſt Aegypti metropolis.Pto.unde.

Pharbætites nomos,præfectura in Aegypto.Ptol.

Pharbelus,urbs Eretrienſis:gentile Pharbelius:Step.

Pharcedon,urbs Theſſaliæ:gentile Pharcedonius.Step.

Pharga,ciuitas eſt Arabiæ deſertæ.Ptol.

Pharia,inſula eſt cōtra Dalmatiam & Iaderam.Vulgo Leſena.

Pharia,ciuitas eſt Dalmatiæ , à qua Pharienſes.

Pharij,in Aegypto,ſicut in Africa Pſylli,in Italia.Marſi.

Pharis, urbs Laconiæ:ciues Pharitæ. Step.

Phariſæus,nomen ſectæ religioſæ Iudæorum.

Pharmacotrophi,pop ſunt, Aſia Plin.lib.6 cap.26.

Pharmuſaca,inſula eſt una è Cycladibus.Plin.lib.4.

Pharnacia,ciuitas eſt Ponti Cappadocum.Ptol.

Pharnax , filius Mitridatis regis Ponti à Cæſare uictus. Lucio Floro.

Pharos,inſula parua Aegypti contra Alexandriā.Vulgo Faro

Pharos, inſula in Illyrico Pelago. Vulgo Leſena.

Pharos,turris nominatißima,in ea a Ptolomæo rege facta.

Pharius, a,um a Pharo. Luca.Pharios hinc concute reges.

Pharphariades,portio eſt montis Tauri.Plin.lib.V.cap.17.

Pharſalos,ciuitas eſt in Theßalia a qua

Pharſalia,dicitur tota Theſſalia.Luc. Diros Pharſalia campos.

Pharſalos,op.eſt in Peloponneſo.Stra.lib.8.

Pharſalici campi,in Theßalia a Pharſalo oppido appellati, quod ſitum eſt in ripa flu.Oenipei.

Pharuſij,populi ſunt Libyæ interioris.Pto.

Pharybus,fluuius eſt Macedoniæ.Pto.

Pharycadon.op.eſt Theſſaliæ.Strab.lib.9.

Pharygium,op.eſt in Phocide.Strab.lib.9.

Phaſca op.eſt Armeniæ maioris.Pto.

Phaſelis,op.eſt Pamphyliæ in monte ſitum & a Mopſo conditū. Pomp.lib.1.cap. xiiij.

Phaſelis,ciuitas eſt Iudææ ab occaſu Iordanis.Pto.

Phaleußæ,duæ inſulæ Libyæ prope Sirim fluuium. Step.

Phaſis,fluuius prægrandis in Colchide regione.Pli.

Phaſis quoq;,ciuitas eſt Colchidis.Pli.li.6.ca.4. Vulgo Faſſo.

Phaſiacus,a,um. Ouid. Quid te Phaſiacæ iuuerunt gramina terræ,

Phaſias,adis. Idem: Phaſias è telis fixa puella meis

Phaſianæ uaccæ,puſillæ ſunt. Ariſt.de Anim.lib.3.

Phaſtæa,urbs in Sacis:gentile Phaſtæus.Step.

Phaterunesos,inſula prope Thraciam Cherſoneſum.Plin.

Phauonæ,pop.ſunt Scandiæ maioris.

Phauſya,ciuitas eſt Armeniæ regionis.Pto.

Phazala,ciuitas eſt Mediæ regionis. Pto.

Phazania,regio eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.Pto.

Phea,urbs eſt prope fluenta Iordanis. Hom.7.Iliad.

Pheàte,inſula eſt contra Epheſum.Pli.lib.5.cap. xxxi.

Phegea,uicus in tribu Aegeide, & alius in tribu Pādionide.Ste.

Phegæa urbs Archadiæ,à Phege rege Phoronei fratre cōdita.Ste

Phegeus,pater fuit Alpheſibœæ,uxoris Alcmæonis.Ouid.

Phellus,op.eſt Lyciæ.Pto.Vulgo Fello.

Phelluſa,inſula eſt adiacens Leſbo Pli.lib.5.cap.31.

Phemonoë,uirgo prima Apollinis Delphici uates dicitur fuiſſe. Pauſan.

Pheneum,op.eſt Archadiæ.Plin.lib.4.cap.6.

Pheneatæ,pop.qui Pheneum oppidū incolunt.Cic.

Pheneum,lacum Archadiæ deſcribit Ouid.15.Meta.

Pheneus,flu.Archadiæ in Alpheum defluens.Plin.lib.4.

Pheræ,opp.eſt Theſſaliæ.Plin.lib.4.cap.8.

Pheræ,op.quoq; eſt in Meſſenia.Pli.li.4.cap.V. Vulgo Ceramidi.

Pherecides,philoſopus et poeta tragicus ex Scyro inſula.primus dixit animos hominum ſempiternos.

Pherecides alius, Athenienſis philoſophus,ſuperiore antiquior, militauit ſub Alexand. Magno.

Pherecides alius, Lereus genere hyſtoricus.Suid.

Pherecideus, a,um.adiect.quod eſt Pherecidis.Cic.

Phereclus,filius fuit Harmonidis,qui Paridi naues quibus ad rapiendam Helenam uſus fuit fabricauit.Hom.

Phereclcus,a,um.à Pherecio,ut,Puppis Pheredea.Ouid.

Pherecrates, Athenienſis comicus docuit fabulas.17.Suid.

Pheregenæ,una ex 4.colonijs,quas Ianus ad littus Hetruſcum condidit.Cat.in fragmentis.Origi.

Pheregena,à latinis Phreginæ per ſyncopam profertur. Vulgo Pali.

Pheregena poſt Tyberina oſtia,primum Hetruriæ opp eſt:

Pheregenæ, Ioan. Annius ex ſermone Arameo Pherefatum interpretatur.

Phere fatum interpretatur,i.fatum Iani Genij. Ioan. Annio.

Pherendis,ciuitas eſt Armeniæ maioris.Ptol.

Pherentinates,pop.in Campania à Tyberi ad Sarnum. Cato.

Pherethianæ colonia,& flu. Hetruriæ cognomines. Cat.

Pheriton , fluuius eſt Liguriæ, quem Plinius mendoſè Feritorem uocat.

Phermutiacus,flu.eſt Aegypti bis.

Pheſule, op. Italiæ,lege ſupra Feſulæ.

Phiala,fons eſt unde Nilus oritur.Solin.cap.xlv.

Phialea opp.eſt Archadiæ in Peloponneſo.Ptol.

Phiale,una ex comitibus Dianæ.Ouid.lib.3.Metam.

Phiara, urbs eſt præfecturæ Sargarauſenæ in Cappad. Ptol.
Phicari, pop. ſunt circa Mæotin. Plin. lib. 9. cap. 7.
Phicaria, inſula eſt adiacens Sardiniæ. Ptol.
Phidias, ſtatutarius qui Mineruæ ſtatuam amplitudine cubitorũ 26. fabricauit. Plin. lib. xxxv. cap. 8.
Phidiacus, a, um. Proper. Phidiacus ſigno ſe Iupiter ornat eburno.
Phidile, nomen eſt ruſticæ mulieris apud Horat.
Phidippus, uir Theſſalus quidam, cuius meminit Hom.
Phidippus, nomen eſt comici apud Terentium.
Phigalea urbs Arcadiæ, à Phialo quodam. Step.
Phigia, ciuitas eſt in Arabia fœlici. Ptol.
Phila, inſula eſt in mari Gallico. Plin. lib. 3. cap. v.
Philæ, arum inſula ex quatuor adiacens Aegypto. Plin. lib. v.
Phila, opp. quoq; eſt in Macedonia.
Philadelphia, ciuitas eſt Syriæ curuæ. Ptol.
Philadelphia, ciuitas eſt Ciliciæ mediterranea. Ptol.
Philadelphia, ciuitas eſt Aſiæ propriæ dictæ. Ptol.
Philadelpheni, pop. ſunt conuentus Sardiani. Plin. lib. v.
Philadelphus, cognomen cuiuſdam. Ptol. regis Aegypti.
Philadelphus, bibliotecam fecit. 50000. lib. continentem.
Philagathus, uiri proprium quo ſignificatur benignus.
Philagrus, ſophiſta Celix, auditor Lolliani Cælius lib. 41. cap. 11.
Philaida, uicus in Aegide, tribulis Philaides. Step.
Philammon, filius Apollinis ex Chione nympha. Ouid.
Philaretus, nomen uiri medici proprium.
Phileas, regio Byzantij: gentile Phileates. Step.
Philemon, poeta comicus, poſt Menandrum ſecundus. Quint.
Phileni, duo fratres Carthaginenſes qui ſe pro ampliatione Reip. uiuos ſepeliri ſuſtinuerunt, à quibus
Philenorum aræ, locus ad Syrtim magnam. Vulgo Porc de Saba.
Philenorum, urbs in Arnæa regione Bœotiæ à Philenore Aetolo gentile Philenorius. Step.
Phileros, otis. oppidum eſt Macedoniæ. Plin. libro 4. cap. 10.
Phileros, tabellarius apud Ciceronem in Epiſt.
Phileſius, nomen eſt quo uocatus fuit Apollo, unde
Phileſia templa quæ Apollini erant conſecrata uocauit Boca.
Philetas, poeta elegiographus tempore Alexandri mag.
Philetus, a, um. Proper. Ora Phileta noſtra rigauit aqua.
Phileum, ciuitas eſt Germaniæ in ea regione quæ nunc Phryſia uocatur. Vulgo Groninga.
Philia, promontorium eſt Thraciæ. Ptol. Vulgo. Fillea.
Philides, fuit quiſpiam equorum nutritor. Plut. in Themiſtocle.
Philinus Herbitenſis, homo diſertus & prudens. Cic. in Ver.
Philippi, Siciliæ ciuitas a Philippo ſic dicta. Step.
Philippi, orum. colonia Thraciæ quæ prius Dathos dicebatur.
Philippi, a Philippo Macedonum rege ædificata eſt.
Philippici campi, ſunt iuxta Philippos in quibus, Cæſar & Pompeius, deinde Auguſtus & Caßius pugnauerunt.
Philippides, poeta comicus, qui gaudio immodico mortuus eſt. Suidæ.
Philippopolis, quæ Trimontiũ & Adrianopolis, ciuitas eſt Thraciæ Cherſoneſi. Ptol. Vulgo Andrinopoli.
Philippus, uiri proprium. Interpretatur equorum amator.
Philippus Macedo, dictus eſt Alexandri magni pater.
Philippus alius, qui Rom. Imperatorum primus chriſtianus fuiſſe perhibetur.
Philippus, Demetrij filius rex Macedoniæ a Tito Quintio Flaminio uictus. Liuio.
Philippus, medicus Alexandri teſte Curtio. lib 2.
Philippicæ orationes Demoſthenis in Philippum regem.
Philippicus, a, um. quod eſt a ciuitate Philippis.
Philippeus, a, um. a Philippo, ut, Sanguis Philippeus. Proper.
Philippeus. i. ſiue Philippus. i. aureus nummus precioſus, cuius apud Plautum & Liuium multa mentio.
Philiſcum, oppidum eſt Parthorum ad Euphraten. Plin. libro 5.
Philiſtinæ foſſæ oſtium Atheſis. Vulgo Foſſona.
Philiſtion, Nicæus poeta qui Socratis ætate floruit.
Philix, nutrix fuit Domitiani principis. Sueton.
Phillyra, mater Chironis Centauri, a qua
Phillyrides dictus eſt Chiron, Saturni & Phylira nimphæ filius.
Philo academicus, Clitomachi diſcipulus Cicero.
Philo Herennius, Byblius genere tempore Adriani Suid.
Philo, architectus qui Athenienſibus armamentarium fecit. Cicero.
Philo Iudæus, Alexandrinus, eloquentiæ Platonis æmulator.
Philo, ſtatuarius Hephæſtionem expreßit. Tatianus.
Philo, item Pompeij libertus. Cic ad Atticum.
Philocandrum, op. eſt Siphni inſulæ. Pto.
Philochorus, uir Athenienſis, uates doctißimus. Suid.
Philocles, Athenienſis poeta tragicus, filius ſororis Aeſchyli. Suida.
Philocrates, uir Athenienſis, proditionis nota infamis apud Demoſthenem.
Philoctetis, Pæantis filius Herculis comes.
Philodamus, homo princeps Lampſacenorum. Cicero in Verr. tertio.
Philodeſpotus, uiri proprium. Interpretatur domini uel dominæ amator.
Philogenes, libertus Attici. Cic. ad Atticum. lib. 6.
Philogonus, libertus Quinti fratris Ciceronis, ut ipſe ait in Epiſto.
Philigone, es. op. eſt Bœotiæ. Plin.
Philolaus, uiri proprium. Interpretatur amor populi.
Philolaus, Corinthius quidam qui leges Thebanis dedit. Ariſt. 2. Politicorum.
Philomela, Pandionis Athenarum regis filia, Prognes ſoror, à Tereo uitiata.
Philomelum, op. eſt Phrygiæ magnæ. Ptol.
Philonis uilla eſt in Cyrenaica regione. Ptol.
Philonis, uicus eſt Libyeæ nomidis in Aegypto. Ptol.
Philonius, portus in Corſica inſula. Ptol.
Philopœmenes, Megalopolitanus, dux Achæorum præſtantißimus. Lacedæmonios multis cladibus afflixit.
Philoſtratus. Lemnius, ſcripſit de uita Apollinij Tyanei lib. 8. Vixit tempore Seueri principis.
Philoſtratus, huius pater, Athenis docuit Neronis tempore.
Philoſtratus, ſuperioris filius docuit Athenis, cui librum Iconum ſeu de imaginibus plerią; referunt. Suid.
Philotera, urbs iuxta Troglodyticam, a Satyro condita: gentile Philoterius. Step.
Philoteris, op eſt Arabiæ. Plin. lib. 3. cap. 9.
Philotimus, Cicc. libertus, ut ipſe ſcribit Appio. lib. 3.
Philoxenus, philoſophus qui gruis collum ſibi exoptabat, quo diutius ciborum & uini ſapore oblectaretur. Plut.

Philoxenus, grammaticus Alexandrinus Romæ ſcripſit uaria. Suidæ.

Philoxenus, Eretrienſis pictor Nicomachi diſcipulus. Plin. libro 35. cap. 10.

Philoxenus, poeta Lyricus ſcripſit Lyrico carmine Aeacidarum genealogiam. Suid

Philyres pop. ſunt iuxta Pontum. Step.

Phineos, ſiue Phinopolis ciuitates ſunt Ponti.

Phineus, rex arcadiæ, qui impulſu uxoris ſecundæ liberis ſuis oculos eruit. occiſus tamen ab Hercule.

Phineus alius, Cephei frater, qui à Perſeo in marmor mutatus fuit.

Phinni pop. ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.

Phinopolis, opp eſt in Thracia. Ptol

Phinthia, fons eſt Ciciliæ inſulæ. Plin.

Phinthienſes, pop. ſunt Siciliæ inſulæ. Ptol.

Phintonis, inſula eſt adiacens Sardiniæ. Ptol.

Phiræſi. pop ſunt Scandiæ inſulæ. Ptol.

Phiſon, nomen fluuij ſignificat inundationem, Ioſep.

Phla, inſula eſt Africæ in Titronide palude. Hero. lib. 4.

Phlanum, opp. eſt in Illyrico, unde Phlanaticus ſinus.

Phlanates, pop. ſunt in Illyrico à Phlano. Plin. lib. 3.

Phlegeton, fluuius infernalis, flammis æſtuantibus rapidus, à φλέγω ideſt ardeo.

Phegeptonteus, a, um ut, Ripa Phlegetontea. Claud.

Phlegetontis, idis. Oui. Sparſumq; caput Phlegetontide nympha.

Phlegiæ pop. ſunt Theſſaliæ. Strab, lib 9.

Phlegon, unus equorum Solis, à φλέγω i. ardeo dictus.

Phlegon, Tralianus, libertus Auguſti ſcripſit hiſtoriam olympiadum lib. 16. Suid.

Phlegra, op. eſt Macedoniæ. Plin. lib. 3. cap. iiij.

Phlegra, in Italia in campo Cumæo ponitur. Diod.

Phlegræi campi, ſunt in ora Campaniæ prope Cumas. Diod. Vul. Solfotarii, nò luny de Pozzolo.

Phlegræi campi, quoq; in Theſſalia, ubi gigantes cum cœleſtibus pugnauere. Plin. lib. 5. cap. v.

Phlegræus, unus ex Centauris Ixionis & Nubis filijs.

Phlegræus, a, um. Luc. Quod non Phlegræis Antheum ſuſtulit aruis.

Phlegya, urbs eſt Bœotiæ ciuis Phlegyas. Step.

Phlegyas rex Lapitharum Martis filius, & pater Ixionis.

Phias, filius Bacchi, unus eorum qui in naui Argo fuerunt.

Phlius, untis. caſtellum in Achaia. Pli. lib. 4. cap. 5.

Phliuſius, a, um. res ad Phliunta pertinens. Cic. Philip. v.

Phloruia, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis Ptol.

Phlygadia, ciuitas eſt iuxta Alpes. Strab. lib. 4.

Phobetor, filius fuit Somni, apud Ouid. 11. Metam.

Phocæ, arum inſulæ ſunt Cretæ adiacentes. Plin lib. 4. cap. 13.

Phocæa, op. eſt Aeolidis Athenienſium colonia. Vulgo Foglia vecchia.

Phocenſis, e, dux ab Ionia, ut ſit Phocæa urbs Ioniæ.

Phocais Maſsilia dicta, quod à Phocenſibus condita ſit.

Phocæa, ciuitas Cariæ monti Mycale oppoſita, à qua

Phocæenſes, ut à Græcorum Phocide Phocenſes dicti ab utraq;.

Phocaicus, a, um ut, Murix Phocaica poſuit Ouid. à Phocæa, non procul à Sardibus.

Phocas nomen imperatoris Romani Plin lib. 4. cap. 7.

Phocaſia inſula eſt Helladis. i. Græciæ. Pli. lib. 9. cap. 12.

Phoce, es. op. eſt Bœotiæ. Ptol.

Phocēs, pop. Ionum, qui primi longis nauibus uſi ſunt Step.

Phocion, uir clarus Athenienſis cognomento Bonus pauper cum ditiſsimus eſſe potuiſſet.

Phocis, parua regio Græcorum inter Atticam & Bœotiam.

Phoceus, a, um. Ouid. Adſuit inſano iuuenis Phoceus Oreſti.

Phocenſes, in Italia Parthenium portum condiderunt.

Phocea, ab Ionibus condita, cuius forma oblonga.

Phocus, filius fuit Aeaci. Ouid lib. 7. Metam.

Phocuſa, inſula una è Sporadibus. Plin. lib. iiij. cap xij.

Phocuſæ, inſulæ duæ adiacentes Africæ. Ptol.

Phœbas Phœbi ſacerdos & Bacchi uates. Seruio.

Phœbe, dicitur Luna & uenit ab eo quod eſt Phœbus. Ver.

Phœbi promont. eſt in Mauritania Tingitana. Ptol.

Phœbia, opp. Syconiorum: gentile Phœbius. Steph.

Phœbus, Apollo dicitur Iouis & Latonæ filius à φῶς i. lux, & βίος i lux uitæ.

Phœbeus, a um. Ouid. Arte Phœbea pellere morbos i. medica.

Phœbeius, a, um. ut Iuuenis Phœbeius. Ouid. i. Aeſculapius.

Phœmius, fluuius eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.

Phœmon, lacus eſt Arcadiæ. Ouid. xv. Metam.

Phœmonoe, filia Phœbi & uates quæ prima carmen heroicum cecinit. Heſiod.

Phœnicum uicus, eſt in Arabia fœlici. Ptol.

Phœnices Syria, regio eſt Aſiæ Iudææ contermina.

Phœnices, po ſunt eiuſdem regionis.

Phœniceum, mons Corinthi: gentile Phœniceus. Step.

Phœnix, uir ex Phœnice, & uentus qui ex Phœnice flat.

Phœnice, es. à Phœnice Agenoris filio dicta Xenoph.

Phœniſſa mulier ex Phœnice. Ouid. Et Phœniſſa Tyros.

Phœniſſa, dicitur Dido, quia ex Phœnice uenit.

Phœnix, Agenoris filius, Cadmi frater Phœnicibus imperauit, à quo Phœnicia.

Phœnix, Amyntoris filius. Hom. 8 Iliad.

Phœnice, inſula prius dicta quæ poſtea Ios. Plin. Vulgo Nio.

Phœnice, inſula prius dicta quæ poſtea Tenedos. Pli.

Phœnicia, ciuitas eſt Chaonum in Epiro Ptol.

Phœnicia, omnis Cilicia annumerata eſt cum fuerit Dario tributaria.

Phœnicodes, inſulæ ſunt iuxta Ciliciam. Ptol, Vulgo Filendi.

Phœnicus, portus eſt in Creta inſula. Ptol.

Phœnicus portus, eſt in Marmarica Aegypto. Ptol.

Phœnicus mons, eſt in Bœotia Strab.

Phœnicus, portus eſt in Sicilia inſula, Ptol.

Phœnicuſa, inſula eſt una ex ſeptem Aeolijs. Plin. libro tertio, cap. 9.

Phœnix, icis. op. eſt in eadem inſula.

Phœnix, mons eſt in Aſia propria. Ptol.

Phœnix. flu. eſt Theſſaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8.

Phœnix, icis. opp eſt & mons Cariæ. Strab. lib. 14.

Phœtiæ, urbs Acarniæ, à Phœtio filio Alcmæonis. Step.

Pholegandros, inſula eſt una è Sporadibus. Plin. lib. 4. cap. 12. Ciuis Pholegandrius.

Pholoe, op. eſt & mons Arcadiæ: Plin lib. 4. cap. 6.

Pholoë, nomen famulæ cuiuſdam apud Verg 5. Aeneid.

Pholoëticus, a, um res ad Pholoen pertinens.

Pholus, unus fuit è Centauris Ixionis & Nubis filius.

Phorbæ, op. eſt Macedoniæ mediterraneum.

Phrobantia, inſula eſt prope Siciliam.

Phorbas, Triopæ filius pater Ilionei Troiani. Seru.
Phorbium, promontorium eſt Achaiæ.
Phorci, pop ſunt Lybiæ interioris.
Phorcus, Neptuni filius, rex fuit Corſicæ & Sardiniæ inſularum quem in deum marinum uerſum dixere.
Phoriani locus Elidis in anguſto ſitus. Step.
Phoriea, uicus Arcadiæ: gentile Phorieus. Step.
Phoriſtæ, pop. ſunt Aſiæ mediterranei. Pomp. lib. 1.
Phormio, dux Crotoniata, Lacedæmonios bello nauali uicit.
Phormus, Syracuſanus comicus, Geloni tyranno familiaris.
Phorobrentatium, urbs Lybiæ: gentile Phorobrentanenus. Step.
Phoroneus, Argiuorum rex fuit Inachi fluuii filius.
Phoroneus, a, um. ut, Matres Phoroneæ. Sta. 12 Thebai.
Phorontis, op. eſt Cariæ conuentus Alabandici. Pli. lib. 5.
Phoruſij, populi ſunt Mauritaniæ.
Phoſphorion, portus quidam Byzantij. Step.
Phoſphorus, Veneris ſtella, quæ Latinè Lucifer dicitur. Cic.
Phragmon, nomen ſtatuarij & pictoris egregij.
Phraortes, rex Indorum, ad quē peruenit Apollonius Tyaneus.
Phrateria op. eſt Daciæ Ptol.
Phreata. i. putei ciuitas Cappadociæ. Pto.
Phregenē, arum. opp. eſt maritimum Hetruriæ, unde Phregenates. Vulgo. Pali.
Phregnæ, abſciſſum ab eo quod eſt Phregenia, ſiue Fregena.
Phreſtos, opp. eſt Theſſaliæ. Strab.
Phricion, mons Locridis ſupra Thermopylas. Step.
Phriconia, opp eſt Aeolidis. Stra. lib. 13.
Phryxa, urbs Peloponneſi, Phæſtus poſt appellata. Ste.
Phrugundiones, pop. ſunt Sarmatiæ in Europa. Pto.
Phrurerſum, mons eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Pto.
Phrurium, promontorium eſt Cypri inſulæ. Pto.
Phrygia regio minoris Aſiæ, à Phrygia Cecropis filia.
Phrygiæ duæ feruntur maior & minor quæ Epictetus dicitur.
Phrygia, locus eſt Oetæ ſic dictus quod Hercules in eo toſtus, & exutus ſit. Step.
Phrygia, locus inter Bœotiam & Atticam. Step.
Phryges, pop. Phrigiæ. Verg. Hac Phryges inſtarent nauibus.
Phryx, flu eſt qui Cariam à Phrygia diuidit.
Phryges ſero ſapiunt, prouerbium eſt, uide Eraſ. in Prouerb.
Pryx plagis emendatur, prouerbium in ſeruili ingenio homines.
Phryne, nomen meretricis apud Athenas. Quin. lib. 2.
Phrygi, pop. ſunt in Epiro. Strab.
Phrynicus, Athenienſis tragicus Theſpidis diſcipulus. Suid.
Phrynicus, Bithynicus ſophiſta ſcripſit de atticis dictionibus Sui.
Phryxus, filius fuit Athamantis & Nepheles, Helles frater. Oui. lib. 7. Metam.
Phryxeus, a, um. Ouid. Phryxeaq; uellera poſcunt.
Phryxi portus, iuxta fauces Ponti eſt. Step.
Phthembuthis, ciuitas eſt metropolis Aegypti. Pto. unde
Phthembuthites nomos, præfectura in eadem.
Phthia, portus eſt Ptolomæo in Aegypto.
Phthia, oppidum eſt Theſſaliæ, Achillis patria. Seru.
Phthinthia, ciuitas eſt Siciliæ inſulæ. Ptol.
Phthiotis, regio eſt una, ex 4. Theſſaliæ partibus. Strab. lib. 9.
Phthiotæ, pop. ſunt in eadem regione.
Phthius, a, um. res ad eandem pertinens, ut, Phthius Achilles.
Phthiocus, a, um. Catul. deſeritur Scyros linquunt Phthiotica. Tempe.

Phthiomachi, pop. ſunt Macedoniæ.
Phthirophagi. pop. ſunt iuxta Pontum Euxinum. Stra. lib. 11.
Phuibagina, ciuitas eſt Throcmorum in Galatia. Ptol.
Phulphinium. opp. eſt Dalmatiæ.
Phundusij. pop ſunt Germaniæ magnæ. Ptol.
Phuphagena, ciuitas eſt Armeniæ minoris. Ptol.
Phurnita, urbs Libyæ, ciues Phurnitani. Step.
Phuſca, ciui. eſt Cariæ in pelago Rhodienſi. Ptol. Vulgo Fieſco.
Phuſiana, ciuitas eſt Aſſyriæ. Ptol.
Phuſipara, ciuitas eſt Armeniæ minoris. Pto.
Phuth, flu eſt Mauritaniæ.
Phuth, Chamæ fuit filius filij Noe.
Phuthei, pop. ſunt Mauritaniæ. Ioſeph.
Phycus, untis promont. eſt & caſtrum Cyrenaicæ. Ptol.
Phycuſſæ, inſulæ Libyæ: inſulares Phycuſſæi. Step.
Phygela, ciuitas eſt iuxta Pannoniam Ioniæ regionem. Plin.
Phyla, arum. inſula una ex quatuor adiacens Aegypto Plin. libro quinto.
Phylace, opp. eſt Pieriæ in Macedonia. Pto.
Phylacei, pop. ſunt mediterranei Macedoniæ
Phylacenſij, populi ſunt Aſiæ propriæ dictæ Ptol.
Phyle, uicus in tribu Oeneide tribulis Phylaſius. Stra.
Phylecuſa. inſula in Tyrreno mari, quæ hodie Iſchia.
Phileus, unus è ducibus Græcorum, qui ad Troiam uenerunt. Homerus.
Phillira, Oceani fuit filia ex qua Saturnus Chironem ſuſcepit, qui à matre Phyllirides dicitur.
Phyllis regina Thracum, Lycurgi regis filia. Ouid.
Phylis, amnis Bithyniæ, à quo Phylli, Phyllienſeſq; dicuntur. Strab. & Step.
Phyllis, regio Thraciæ apud Pangæum montem. Step.
Phyllodoce, nomen nymphæ cuiuſdam Verg. 4. Geor.
Phyllus, urbs Theſſaliæ quam pecoroſam uocat Statius.
Phyrgetæ, pop ſunt in Peloponneſo. Strab.
Phyrites, flu. eſt Ioniæ regionis. Plin. lib. V cap. 29.
Phyrra, opp. eſt Liciæ. Plin.
Phyſca, ciuitas eſt Migdoniæ in Macedonia. Ptol.
Phyſcella, oppdium eſt Macedoniæ. Plinius libro quarto. capite decimo.

P. ante I.

Piacularis, porta Romæ appellata ob quædam piacula, quæ ibi fieri ſolebant.
Piacus, urbs Siciliæ. ciues Piaceni. Step.
Piala, ciuitas eſt Ponti Galatici, in Cappadocia. Ptol.
Picenum, regio eſt Italiæ à Pico Martio dicta. Vulgo Marca Dancona, o Aconitana.
Picenum, uocabulo Hetruſco ſimul & Aborigenum dicitur Ancona.
Picenum, lingua Hetruſca, genus ſacrum dicitur. Cat. in orig.
Picentes, ſiue Picentini qui Picenum inhabitant. Cic.
Picens, entis. nomen gentile. Iuuen. Tunc Picens accipe dixit.
Picentinus, a, um. à Piceno Mart. Picentina Ceres.
Picenus, a, um, poſſeſsiuum, ut, Picenus ager pro regione Picena. Cicero.
Picentini, pop. in Thuſcia. Cat. in fragmentis orig.
Picentia, oppidum inter Surrentum & Silarum fluuios. Pli. Vulg. Vicencia.

Picœla ciuitas eſt Ciliciæ. Strab.
Piconia, ſons eſt ex quo aqua opheia perducebatur.
Pictæ, arum. pop. ſunt in Italia Strab.
Pictones pop. ſunt Galliæ Aquitanicæ. Ptolom. Vulgo Los de Poictou.
Pictonium, promontorium eſt Galliæ Aquitanicæ. Pto.
Picumnus, deus agreſtis qui in ſacris Romanis adhibebatur.
Picus, rex fuit Latinorum, in augurijs præſtantiſſimus.
Pida, ciuitas eſt Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.
Pidoſus, inſula eſt in ora Cariæ. Pli. lib. v. cap. 29.
Pidytes, uir fuit Percoſius, ab Vlyſſe interfectus. Hom. 7. Iliad.
Piengitæ, pop. ſunt Sarmatiæ in Europa Ptol.
Piephigi, pop. ſunt Daciæ. Ptol.
Pieria, regio eſt Syriæ. Ptol.
Pieria mons eſt Syriæ Antiochenæ. Pto.
Pieria, regio eſt mediterranea Macedoniæ. Plin lib. iiij. cap. 10.
Pieria, ciuitas & mons Bœotiæ, Muſis ſacer, quam primus Pierus, Lini pater ædificauit.
Pieres, po. ſunt Macedoniæ finitimi. Pli. lib. iiij. cap. 10.
Pierus, mons eſt Theſſaliæ. Plin lib. iiij cap 8.
Pierides, Muſæ dicuntur: propter Pierij montis amœnitatem.
Pierides, quoq; à Pieria regione Macedoniæ. Perot.
Pierius, a, um. adiect. ut: Pierium carmen. Ouid.
Pierus, pater nouem puellarum quæ in picas uerſæ ſunt. Ouid. lib. v. Metam.
Pigaua, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Pigelaſſus, urbs Cariæ: gentile Pigelaſſeis. Step.
Piginda uicus Cariæ: incolæ Pigindei. Step.
Piginon, fluuius eſt. Diod. lib. v.
Pigres, Halicarnaſſeus poeta, frater Artemiſiæ. Suid.
Pigmalion, Beli regis Tyri filius fuit Didonis frater.
Pigmalioneus, a, um. Sil: Pigmalioneis quondam per cærula terris.
Piguntia, caſtellum in Liburnia Pli. lib 3. cap. 22.
Piloros, oppidum eſt Cretæ mediterraneum Plin lib. iiij.
Pilumnus, Iouis filius, qui primus ſtercorandorum agrorum, & pinſendi frumenti uſum inuenit.
Pimpla, Thraciæ mons & locus Muſis ſacer. Stra. 10.
Pimpla, fons eſt ad radices montis Libethri in Macedonia. Strab. lib. xiiij.
Pimpla, non Piplea, unde Pimpleides Muſæ dictæ ſunt.
Pimpleides Muſæ, non Pipleides, ut uulgo legitur.
Pimpleides, dicuntur propter liquoris eius fontis unicam ſubtilitatem.
Pimplæus, a, um. Mart. Cuius Pimplæo lyra clarior exit ab antro.
Pynamis, urbs Aegypti: gentile Pinamytes. Step.
Pinara, inſula eſt ante Aetoliam. Pli. lib. iiij. cap. 12.
Pinara opp eſt Lyciæ. Pli lib. v. cap 27.
Pinara, op. eſt Pieriæ regionis Syriæ. Pto.
Pinaritæ, pop. ſunt eiuſdem Syriæ à Pinara.
Pinarus, flu. eſt in Cilicia regione. Pli. lib. v. cap. 27.
Pindarus, genere Thebanus Lyricorum apud Græcos princeps, temporibus Aeſchili poetæ.
Pindarus, alius fuit Epheſiorum tyrannus. Aelian.
Pindaricus, a, um. Propert. Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.
Pindaſus, mons eſt in Theutrania Plin. lib. v. cap 30.
Pindus, mons eſt celebris in Theſſalia Lapitharum ſedes.
Pindus, urbs Theſſaliæ, à Pindo monte Lapitharum ſede. Strabo. lib. 9.

Pindus quoq;, mons eſt in Epiro. Pli. in præfatione. lib. iiij.
Pindus, flu. eſt Ciliciæ. Stra lib. xiiij.
Pinetus, ciuitas eſt in Hiſpania Tarraconenſi, Pto.
Pinna, ciuitas eſt Veſtinorũ in Italia. Ptol. Vulgo Citta di Penne, en Abbruzzo.
Pinenſes, populi Italiæ à Pinna. Plin lib. 3. cap. 12.
Pintia, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Pto. Hodie Vallis Oletana *Vulgo* Valladolid.
Pintia ciuitas eſt Siciliæ inſulæ. Pto.
Pinton, inſula ex Canicularijs inter Sardinam & Corſicam.
Pintuaria, inſula eſt una ex Canarijs.
Pinythus, nobilis grammaticus, Romæ una cum Epaphrodito liberto Neronis. Pauſan.
Pion, mons eſt iuxta Epheſum. Pli. li. v. cap. 29.
Piones pop. in Myſia Aſiæ quæ ſupra Caicum amnem ſita eſt.
Pioniæ opp. eſt Theuthraniæ. Plin lib. v. cap 30.
Pionitæ pop. ſunt Aeolidis regionis. Plinio lib. v. cap. 30.
Pipedimui, pop. Galliæ Aquitanicæ.
Pinquentum, opp. eſt Iſtriæ. Pto. Vulgo Pinquento.
Piræa, ciuitas eſt inſignis Aminſus olim dicta. Strab. lib. 12.
Pireſia, Theſſaliæ ciuitas olim Aſterion dicta. Step.
Piræus, portus eſt & emporium Athenienſiũ. Pauſ. Vulgo Pont Lion.
Pirheicus, egregius ſculptor fuit in paruis imagunculis. Propert. Pirheicus parua uendicat arte locum.
Pirithous, rex Lapytharum Ixionis ex nube coniuge filius. Ouid.
Piroboridana, ciuitas eſt Myſiæ inferioris. Ptol.
Pirous, nomen Herois cuiuſdam. Hom. lib. 2. Iliad.
Pirum, op. eſt Daciæ. Ptol.
Pirus, Imbraſi filius, rex Thracum, à Thoante interfectus in bello Troiano. Hom. Iliad. 4.
Piruſtæ, pop ſunt Dalmatiæ: Strab. lib. 7.
Piſa, fons eſt in Peloponneſo. Stra lib: 8.
Piſa, oppidum eſt Elidis in Peloponneſo. Ptole. quæ Olympia Piſa.
Piſæ, arum. quæ & Piſa, op. eſt Hetruriæ in Italia.
Piſa Italiæ, à Piſæis in Peloponneſo condita, quæ & Piſæ.
Piſæus, a, um. à Piſa Elidis. Luc, Piſæa fleuit in unda.
Piſanus, a, um. à Piſis Italiæ. Luc Piſanum deinde finem.
Piſatilis, Feſto dicitur à Piſis oriundus, citatq; Næuium.
Piſandrus, Camireus, Eumolpi tempore, poeta antiquior Heſiodo Suid.
Piſandrus, Lycaonius ſub Alexandro Mammeæ uerſificator. Suidas.
Piſaurus, flumen eſt & opp. in Vmbria. Plin. lib. 3. cap. 14. Vulgo Peſaro en Marca de Ancona.
Piſaurenſis, e, à Piſauris. Pli. Cn. Piſaurenſe uendente.
Piſcenæ, arum. opp. eſt Prouinciæ Narbonenſis. Plin.
Piſenor, unus è Centauris Ixionis & Nubis filijs.
Piſeus, Tyrrhenus qui æneam tubam inueniſſe dicitur. Plin. lib. 7 cap. 56.
Piſidia, regio eſt in Aſia minori prope Ciliciam.
Piſidæ, arum. populus Barbarus iuxta Aſpendum & Ciliciam. Step.
Piſinates, populi Vmbriæ qui interierunt Plin. lib. 3. cap. 14.
Piſinda, opp. eſt Africæ inter Syrthes. Ptol.
Piſinda, ciuitas eſt Pamphyliæ. Ptol.
Piſidon, portus eſt Syrtis paruæ in Affrica. Ptol.

Piſingara,ciuitas eſt Armeniæ minoris.Ptol.
Piſinoe,una eſt Syrenarum.
Piſinus,opp.in Phrygia an Peſsinus:
Piſis,urbs & mons Armeniæ:ciuis Piſideus.Step.
Piſiſtratus,Athenienſis tyrannus clarus genere & eloquentia. Iuſtin. lib. 2.
Piſiſtratus alter,Lariſſæus hiſtoricus commemoratur à Suida.
Piſiſtratus alius,fuit filius Neſtoris & Euridices.
Piſones,cognominati ſunt quidam Romani nobiles.
Piſones dicti, quod optimè Piſa ſererent, ſicut à lente Lentuli.
Piſones,è Calphurniorum proſapia fuere, quæ à Numa deſcēdit.
Piſſyrus,urbs eſt Thraciæ.Herod.lib. 7.
Piſtorium,opp.eſt mediterraneum Tuſciæ.Plin.lib.3.cap.4.Vul. Piſtoia.
Piſtorienſes,à Piſtorio oppido.Plaut.Opus eſt Piſtorienſibus.
Piſtra,uicus eſt Aethiopiæ ſub Aegypto.Ptol.
Piſtris,nomen nauis,Verg.lib.5.Aeneid.
Piſtris,ſydus cœleſte,quod Cetus & Piſtrix dicitur.
Piſuertes,cognomine Pitulani,populi Vmbriæ in Italia.
Pitaium opp.eſt Cariæ.Plin lib.5.cap.29.
Pitane.opp.eſt Laconiæ regionis,cuius incolæ Pitanatæ.
Pitane,opp.eſt Aeolidis regionis Plin lib.5.cap.30.
Pitane,ab Amazonibus condita Diod. lib. 4.
Pitanei,& Pitanitæ,dicuntur Pitanes Aeolidis incolæ
Pitanus flu.eſt Corſicæ inſulæ.Pto.
Pitaupolis, urbs eſt Cariæ: gentile Pitaëis.Step.
Pithecuſa,inſula eſt in mari Tuſco quæ & Inarime.
Pitheus,auus maternus Theſei, qui cum Troëzene regnauit hinc Pytheis patronym.
Pithicon colpos,ideſt Simiarum ſinus,portus in Lybia iuxta Carthaginem.Step.
Pithinum,ciuitas eſt Vmbrorum in Italia.Pto.
Pitho,dea quam Ennius Suadam, Quintilianus perſuadendi deam dicit.
Pithodemus,luctator egregius.Plin lib.34.cap.8.
Pitoleon,ontis.Rhodius poëta triuialis & abiectus.Horat.
Pitniſſa,urbs Lycaoniæ:gentile Pitniſſæus.Step.
Pitonia,inſula eſt prope Corcyram.
Pitulum,op.fuit Latij quod interijt.Plin.lib.3.cap.v.
Pitulani,Piſuertes,pop.ſunt Vmbriæ in Italia.Plin.
Pitulani Mergemini,pop quoq; ſunt Vmbriæ. Plin.
Pittacus,philoſophus Mitylenæus,unus è Græciæ ſapientibus,tempore Crœſi regis.
Pityea,urbs inter Parium & Priapum Step.
Pityuſæ,inſulæ ſunt in mari Balearico.Pto.
Pityuſa, inſula eſt in ſinu Argolico.Plin.lib.4.cap.12.
Pityuſa,prius dicta quæ poſtea Lampſacus.Steph.
Pityuſa inſula prius dicta quæ poſtea Chios.Vulgo Scio.

P. ante L

Place,urbs Helleſponti:ciuis Placius.Step.
Placentia,colonia eſt Liguriæ ad Trebium amnem.Plin.lib.3.cap. 15.Vulgo Placencia.
Placentinus,a,um.Cic.Memini Tincam Placentinum.
Plachiæ,inſulæ ſunt prope Cretam.Plin.lib.4.cap.12.
Placia,ciuitas eſt prope Cizycum Mileſiorum oppidum.Plin.lib. v cap.ultimo.
Placideianus,pictor apud Horat.2.ſermo.Satyra.7.
Plactæ,inſulæ ſunt, Homero auctore.
Pladaræi,pop.ſeptentrionales:gentile Pladaræus, uel Pladarites. Steph.
Planaria,inſula eſt prope Corſicam,ſic à ſpecie dicta.
Planaſia,inſula eſt adiacens prouinciæ Narbonenſi.Strab.lib.4.
Plancus,Romanus quidam,qui Lugdunum condidit.
Planeſia,inſula eſt contra Dianium Hiſpaniæ oppidum. Strab.
Plangenſes,pop.fuerunt in Vmbria.Plin. lib.3.cap.xiiij.
Plaræi.populi ſunt Epiri.Steph.
Plaraſſa,urbs Cariæ:gentile plaraſſæus.Steph.
Platage,inſula eadem quæ Patage.Vulgo Mergone.
Platamodes,locus eſt in Peloponneſo.Strab.lib.8.
Plataniſtrum,eſt op.Pamphyliæ.Plin.lib.v.cap.27.
Plataniſtus,ontis,promont.eſt Elidis.Plin.lib.iiij.cap.v.
Platanodes,Achaiæ promontorium.
Platanos,urbs Phœniciæ:gentile Platanæus. Steph
Platea,inſula eſt una è Cycladibus quam poſtea Paron & Minoida appellarunt. Plin.Vulgo Pario.
Platea,inſula eſt Africæ,oppoſita ad Cyrenem. Herod.lib.iiij.
Plateæ, ciuitas eſt Bœotiæ in Achaia. Strab.lib.9.
Plateæ, inſulæ tres ſunt contra Troadem. Plin lib.v.cap.31.
Plateænſis,à Plateis.Trog.lib.3.Herod.lib.7.& 8.
Plato,philoſophus ab humerorum latitudine dictus:
Plato.natus Athenis eo die quo apud Delon Apollo
Plato alter, Athenienſis poeta tempore Ariſtophanis & Eupolis,cuius fabulas commemorat Suidas.
Plato item, Rhodius Philoſophus diſcipulus Panætij.Diog.Laert.
Plato philoſophus peripateticus de Ariſtotelis ludo.Diog.Laert.
Plato præterea,Praxiphanis diſcipulus. Diog.
Platonicus,a,um.quod Platonis eſt.
Plautius,poeta comicus cuius meminit poſt Varronem. Gell. lib. 5. cap. 3.
Plautus,poeta comicus,ſic à Pedum planitie dictus.
Plautinus,a,um. à Plauto,uel quod Plauti eſt.
Plaxaura,nympha fuit Oceani & Tethyos filia.Heſio.
Plegra,ciuitas eſt Paphlagoniæ in Galatia.Pto.
Pleias,dicta eſt Maia,ſeptem Pleiadum ſplendidiſsima.
Pleiades,ſeptem ſorores fuere Lycurgi filiæ ex Naxo inſula.
Pleiades,quia Lyberum educauerunt, a Ioue inter ſydera relatæ fuiſſe dicuntur.
Pleiadum,nomina ſunt Electra, Halcione,Celeno,Merope,Sterope,Taygeta,Maia.
Pleiades,dictæ à uerni temporis ſignificatione duo oriuntur: Latine Vergiliæ.
Pleione,nympha Oceani & Tethyos filia Atlantis uxor, à qua Pleiades ſuſcepit.
Plemmyrium,op.eſt Siciliæ contra Ortygiam.Ver.Vulgo Cabo Maſſa vliuieri.
Plemmyrum,idem ſignificat quod undoſum.Seru.in 3. Aeneid.
Pleumaris,ciuitas eſt Ponti Galatici in Cappadocia.Pto.
Pleumoſij,pop.ſunt Galliæ Belgicæ.Vulgo Los de Cortray en Flandes.
Pleuron,ciuitas eſt Aetoliæ Meleagri patria.Plin.lib.iiij.
Pleuronius,a,um,ut Pleuronius Agmon.Ouid.lib.xiiij.
Pleutauri,pop.ſunt Hiſpaniæ citerioris.Strab.lib.3.
Plinienſes,pop.ſunt Piceni in Italia.Plin.lib.3.
Plinius ſecundus Veronenſis,temporibus Veſpaſiani uixit, cuius negotia adminiſtrabat.

Plinithina, præfectura eſt in Marmarica Aegypto. Pto.
Pliſthenes, Pelopis fuit ex Hippodamia filius.
Pliſtarchia, urbs Cariæ: gentile Pliſtarchites. Step.
Plotæ, ſunt inſulæ quæ alio nomine dicuntur Strophades. Vulgo Striuali.
Plotæ, inſulæ ſunt quæ alio nomine Aeoliæ.
Plothia uicus in tribu Aegeide. Steph.
Plotina, Traiani Cæſaris coniunx, probitate & ſanctitate alijsq́; uirtutibus inſignis.
Plotinus philoſophus Platonicus, Aegyptius natione, præceptor Porphyrij fuit. Suid.
Plotius Gallus, patria Lugdunenſis diſcendi præceptor. Cic.
Plubium, ciuitas eſt Sardiniæ inſulæ. Pto.
Pluitalia, inſula eſt una ex Canarijs. Pto.
Plutarchus Cheronenſis hiſtoricus, Traiani temporibus, uir multiiuga eruditione mirabilis.
Plutarchus alter, Neſtorij filius præceptor Syriani, tempore Iuliani principis. Suid.
Pluto, Saturni fuit filius ex Ope coniuge qui & Dis dicitur frater Iouis atq; Neptuni.
Pluto, à poëtis inferorum rex fingitur.
Plutonius, a, um. Horat. Et domus ex illis Plutonia.
Plutones, pop. ſunt Scythiæ. Diod. lib. 3.
Pluuicus, flu. Venetiæ. Vulgo Piouico.
Plynus, portus eſt in Africa in ora maris noſtri. Herod.

P. ante N.

Pnigeus, uilla eſt Aegypti in præfectura Libyca. Pto.
Pnyx, forum ſiue locus iudicij Athenis. Steph.

P ante O.

Podalirius, filius fuit Aeſculapij & frater Machaonis.
Podalirius, Itali cuiuſdam nomen. Verg. lib. 12. Aeneid.
Podalia, ciuitas eſt Myliadis regionis Lyciæ. Pto.
Podarge, una fuit Harpyarum.
Pœeſſa, opp. fuit Ceæ inſulæ: ciuis Pœeſſius. Steph.
Pœan, Philoctetis pater, unde Philoctetes Pœantius.
Pœcilaſium, ciuitas eſt Cretæ inſulæ. Pto. Vulgo Peulalo.
Pœcile, porticus Athenis in qua Stoici philoſophabantur. Pli. li. 35. cap. 9.
Pœcille, quoq; porticus fuit in Elide, quæ heptaphonos dicta, quia ſepties uox in ea reddebatur. Plin lib. 35 cap. 9.
Pœdicum, op. eſt Norici Pto. Vulgo Paſſau.
Pœdici ſiue Pediculi, populi ſunt Italiæ.
Pœeſſa, prius dicta quæ poſtea Rhodus. Plin li. 5. Vulgo Rodas.
Pœni, pop. ſunt Aſiæ. qui in exercitu Xerxis erant. Herod
Pœnicus, a, um. pro punicus a, um. Var. Pœnica lingua
Pœninus, mõs eſt Italiæ Vulgo Mont major de S. Bernat.
Pœnius, lacus eſt iuxta Padum Pto.
Pœni, quaſi Phœni quia à Phœnicibus orti. Seru.
Pœnus, a, um. Stat Pœnos Bagrada ſerpit inter agros.
Pœnus, a, um. differt à Punicus & Pœnicus.
Pœones. pop ſunt Macedoniæ omnibus.
Pœonia quoq;. regio eſt Macedoniæ finitima.
Pœones, pop ſunt Thraciæ Herod lib. 7.
Pogla, ciuitas eſt Carbaliæ in Pamphylia. Pto.
Pola, ciuitas eſt Iſtriæ Romanorum colonia à Colchis condita. Plin. Pietas Iulia dicitur.

Polaticus ſinus, eſt iuxta Polam Iſtriæ ciuitatem. Vulgo Golf de Carner
Polemon, Athenienſis philoſophus, prima adoleſcentia laſciuus, poſtea ex Xenocratis oratione pudicus.
Polemon Helladicus, hiſtoricus Panetij diſcipulus. Suid.
Polemon alius, è Laodicæa Cariæ Smyrnæ uixit ac præcepit
Polemoniacus Pontus, regio eſt Cappadociæ. Ptol.
Polemoniũ, ciuitas eſt Ponti in Cappadocia. Pto. Vulgo Leona: gentile Polemonicus.
Polendos, inſula eſt prope Thraciam Cherſoneſum.
Polites, Priami filius ex Hecuba, quem Pyrrhus interfecit.
Polentia, op. eſt Liguriæ ad Apenninum. Ptol. Vulgo Palanza.
Pola, uxor Lucani poetæ. Stat. 2. Syl.
Pollentia, ciuitas eſt in maiori Baleari. Pto.
Polentia, dea potentiæ quæ à Romanis colebatur.
Polentini, pop. ſunt in Piceno. Plin. lib 3.
Pollentinus, a, um. Claud. Iam Pollentini tenuatus funere campi.
Pollex, uiri proprium Ciceroni ad Atticum. lib. xiij.
Polluſtini, pop fuerunt Latij qui interierunt. Plin. lib. iij.
Pollux, filius fuit Iouis & Ledæ, frater Caſtoris.
Pollux Iulius, Naucratita grammaticus fuit ſub Commodo principe, ſcripſit Onomaſticon. Suid.
Polus, Agrigentinus ſophiſta, Gorgiæ auditor. Suid.
Polyandus, ciuitas eſt Armeniæ minoris. Pto.
Polyara, urbs Cariæ: ciuis Polyaræus. Steph.
Polybij, inſula eſt adiacens Arabiæ fœlici. Pto.
Polybius, hiſtoricus ex Megalopoli Arcadiæ ciuitate.
Polycarpus, uiri proprium, quaſi multi fructus, uel fructuoſus.
Polycaſte, filia fuit Neſtoris.
Polychna, ciuitas eſt in Attica. Strab.
Polychnai, pop. ſunt Aeolidis Plin. lib. v. cap. 30.
Polychnitani, pop. ſunt Cretæ inſulæ. Herod. lib. 7.
Polycletus, ſtatuarius inſignis. Quintil.
Polycrates, tyranni proprium in Samo inſula ab Oronte Perſarũ ſatrape ſuſpenſus. Strab.
Polycrates, Epheſiorum præſul tempore Seueri principis.
Polydamas, Troianus Panthoi filius, Hectoris æqualis.
Polydectes. Magnetis filius rex Seriphi inſulæ. Ouid.
Polydora, nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod.
Polydora inſula eſt Propontidis. Plin. lib. 6. cap. xxxij.
Polydorus, pen. pro. Latine ſignificat multa donans.
Polydorus, Priami filius quem Polymneſtor interfecit.
Polydorus alius, Priami filius, ex Laothoe Altæi regis filia, quem Achilles interemit.
Polydoreus, a, um. Ouid. Et Polydoreo manantem ſanguine terrã.
Polyægos, inſula eſt una è Cycladibus. plin lib. 4. cap. 12. Vulgo. Policandro.
Polyænus Sardianus, temporibus Cæſaris dictatoris.
Polyænus alter, genere Macedo, qui de Thebis ſcripſit. Suid.
Polygnotus, pictor antiquiſſimus primus mulieres lucida ueſte pinxit. Plin. lib. 35. cap. 9.
Polyhiſtor, Appion, appellatus fuit, quaſi multiſcius. Gell, lib. v. cap. 14.
Polymedia, op fuit Aeolidis. plin. lib. v. cap. xxx.
Polymneſtor, rex Thracum qui Polydorum filium Priami auri cupiditate interfecit. Verg.
Polymnia, una ex Muſis, aliqui legunt Polyhymnia.
Polynices, Oedipi Thebanorum regis fili Eteoclis frater.

Polyphemus,Cyclops,Neptuni filius.Hom.in 1x Ody.
Polypoduſa,inſula Cnidiæ,gentile Polypoduſæus. Step.
Polypœtes,filius Pirithoi & Hippodamiæ. Hom. Iliad. 12.
Polyrenia,opp.eſt Cretæ mediterraneum.Ptol.
Polyſtephanos,olim dicebatur Tybursi Italiæ urbs.Steph.
Polyſtephanum,ciuitas eſt in Italia.Strab.
Polytes,Priami filius ex Hecuba,à Pyrrho interſectus.
Polytorium,op.fuit in Latio quod interijt.Plin.lib.3.cap.v.
Polyxena,Priami filia formoſiſsima ex Hecuba coniuge.
Polyxenius,a,um.ut Cades Polyxenia,Catul.in Arg.
Polyxenus,inter Græcorum duces numeratur.Hom.Iliad.2.
Polyxo,us.una Amazonum & Apollinis uates.|Stat.v.Theb.
Polyxo,Tlepolemi uxor,ad quam Helena confugit.Step.
Polyzelus,poeta comicus,cuius fabulas enumerat.Suid.
Pometia,op.eſt Latij quod interijt.Plin.lib.3.cap.v.
Pometinus,a,um.Cat.Apud Priſcos (inquit) Pometinis.
Pomona,dea fuit pomorum,ſicut Mellona dea mellis.
Pompeij,pop.dicuntur,quos Sarnus amnis abluit.
Pompeianum,i.prædium circa Pompeios.Colum.
Pompeij,ciuitas Campaniæ non procul à Puteolis.Pomp.
Pompei trophea,locus Hiſpaniæ apud Iberum.
Pompeiopolis,ciuitas eſt Ciliciæ,quæ prius Soloe.
Pompeiopolis, ciuitas eſt Hiſpaniæ.|Ptol.Vulgo Pamplona, caput regni Nauarræ.
Pompelonenſes,ciues Pompeiopolis huius.
Pompeiopolis,ciuitas eſt quæ prius Eupatoria.Plin.
Pompeiopolis,quæ prius Heliopolis,eſt in Cilicia.
Cn. Pompeius,contra Numantinos miſſus ab eis ſuperatus,ignominioſam pacem fecit.Florus.
Cn.Pompeius,magni Pompei pater.Strab.
Cn.Pompeius,eius filius qui Iarbam regem cepit, quare Magnus ab exercitu ſalutatus eſt.
Pompeij,eius filij apud Mundam à Cæſare in Hiſpania , alter in Sicilia ab Auguſto uicti.
Sex.Pompeius,uir prætorius,ſub quo Valerius Maximus militauit,quem Ouidius pluribus locis laudat.
Q.Pompeius Rufus, Syllæ è filia nepos.Trib.pleb.cum.T.Numatio Planco,Miloni aduerſiſsimus.
Q.Pompeius,qui Bithinicus dictus,ſummo dicendi ſtudio multaq; doctrina ualuit. Cic.
Pompeianus,a,um.ut Triumphi Pompeiani.Lucan.lib.3.
Pompilius,ſecundus.Rom.rex,qui & Numa dictus.
Pomponia,mater Scipionis,quæ alijs Pompeia dicitur.
Pomponiana, inſula eſt una è Stœchadibus.Plin.
Pomponius Atticus,nobilis eques Romanus, Ciceronis amicus, unde Atticus Cic.appellatus.
Pomponij, quoq; duo fuere Ciceronis tempore, quorum alter
Tattæus ſal, Phrygius uocatur, qui eſt utilis oculis. Dioſ.

Taua, urbs Aegypti ciuis Tauites. Steph.

Tauoca, urbs Siciliæ gentile Tauacinus. Step.

Tauchira, ciuitas eſt Barcæorum. Harod. lib. 4.

Taugetos, Hom. 6. Odyſſ. pro eo quod Taygetos per au dipphtõgon dicitur.

Taugetos, & Teugeton quoq; dicitur per u & ypſilon in prima.

Tauium, opp. eſt Trocmorum in Galatia. Pto.

Taulanti, pop. ſunt Liburniæ. Plin. lib. 3. cap. 22.

Taulantij, pop. ſunt Macedoniæ. Ptol.

Taurania, opp. in agro Campano. Plin lib. iij. cap. v.

Taurarij, pop. in Taurica regione conſtituti. Step.

Taurea, Iubellius Campanus, uir memorandæ fortitudinis Liuius de bello Pun. lib. 2.

Taurentum, opp. eſt Galliæ Narbonenſis. Ptol.

Taureus., Neptuni epiteton, quia ei tauros immolabant.

Tauri, pop. ſunt Alpium incolæ.

Tauri, & Taurilia, ludi in honorem deorum inferorum facti.

Tauri, pop. ſunt Tauricæ regionis incolæ. Pomp.

Taurianum, opp. eſt in littore Brutio iuxta Rhegium.

Taurianus ſinus, cognominatus ab eodem oppido.

Taurica Cherſoneſus, regio eſt ſeptentrionalis Europæ. Vulgo Capha.

Tauri, & Taurici, pop. ſunt eius regionis.

Tauricus, a, um. uir aut fœmina ex Taurica regione.

Tauricum. opp. eſt Galliæ, unde oritur Danubius.

Taurini, cognomine Aquenſes, pop. ſunt Hetruriæ. Plin.

Taurini, populi ſunt in Tranſpadana regione. Plin. lib. iij. Vulgo Piamont.

Taurinus, a, um. Sil. Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.

Tauriſani montes, unde Silis flu. oritur. Plin. lib. iij.

Tauriſani, pop. ſunt qui & Taurici dicuntur.

Taurici, ſunt qui Norici, quos Carnos dicit prius dictos. Plin.

Taurici, ab Axi. i. tauro nominati ſunt authori eidem.

Tauriſium, ciuitas eſt condita à Tauriſanis ſiue Tauricis. Vulgo Triuili.

Tauriſium, corrupte proferunt. Triuiſium. Io. Annio.

Taurois urbs Celtica Maßilienſium colonia. Step.

Taurominium, oppid. Siciliæ in colle ſitum cui Tauri nomen fuit. Vulgo Taormina.

Taurominitanus, a, um. res ad Taurominum pertinens.

Tauroentium, oppidum Galliæ Narbonenſis, quod ſupra Taurentum.

Tauropolion, Dianæ templum in Samo. Strab. lib. 4.

Tauroſcytæ, pop. ſunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.

Taurubulæ, arum inſula prope Neapolim. Stat.

Taurunum, opp. eſt Pannoniæ inferioris. Pto. Hodiè Alba Græca. *Vulgo* Griex vuiſſenburg.

Taurus Beritius, philoſophus Platonicus ſub Antonino principe cuius ſæpe meminit Gellius.

Taurus, mons ingens ad occaſum porrectus, prope Tigrim & ultra Euphratem. Plin. Vulgo Corteſtan.

Taurus, promont. eſt Siciliæ inſulæ. Ptol. Vulgo Cap de ſancta Creu.

Taurus, mons eſt Germaniæ. Pomp. lib. iij. cap. 3.

Taurus, alueus eſt quo Alexandria aditur. Plin. lib. v. cap. 31.

Taurus, ciuitas eſt in Dalmatia.

Tauri, promont. eſt in Lycia regione. Pomp. lib. 1.

Taurica, ciuitas eſt in Media. Pto.

Taxiana, inſula eſt adiacens Suſianæ regioni. Ptol.

Taxila, urbs Indiæ maxima, gentile Taxilites. Steph.

Taxili, pop. ſunt in India. Strab. lib. 15.

Taygeta, Agenoris fuit filia, ex qua Iupiter Lacedæmonem genuit, quanquam alij Semeles filiam faciant.

Taygeta alia, una e ſeptem Pleiadibus. Seruius.

Taygetus. i. mons eſt Laconiæ Libero patri ſacratus, ſub quo Spar

ta & Amycle. Strab.
Taygeta, mons idem. Verglius. Et uirginibus bacchata Lacænis Taygeta.
Tazena, ciuitas eſt in Media. Ptol.
Tazos, opp. eſt in Taurica Cherſoneſo. Ptol.
Tazos, opp. eſt Sarmatiæ Aſiaticæ. Pto.

T. ante E.

Teanum, ciuitas eſt Campanorum mediterranea. Ptol.
Teanum, quoq;, ciuitas eſt Apulorum Dauniorum. Ptol.
Tearco, Aethiopiæ rex maximus qui externas ſubegit gentes. Strab. lib. v.
Teari, qui Iulienſes, pop. ſunt conuentus Tarraconenſis.
Tearus, flu. eſt Thraciæ in Attica regione. Plin. lib. 4.
Tearus, flu. eſt ſalutiſer in Contadeſdum amnem defluens.
Teatea, ciuitas eſt Marucenorum in Italia. Ptol. Vulgo Chieti en Abbruzzo.
Teatini, pop. ſunt Marucenorum in Italia. Plin. lib. 3.
Tebenda, ciuitas eſt Cappadociæ. Ptol.
Tecelia, ciuitas eſt Germaniæ magnæ. Ptol
Tecmon, urbs Theſprotorum, ciuis Tecmonius. Step.
Tectoſagæ, pop. ſunt Galatiæ ſiue Gallogræciæ. Ptol.
Tectoſages, pop. ſunt pronunciæ Narbonenſis. Ptol.
Tectoſages, apud Auſonium appellantur Teutoſagi.
Tectoſagum, opp. eſt prouinciæ Narbonenſis. Plin. lib. iij.
Tedameſij, pop. ſunt Africæ propriæ dictæ. Ptol.
Tedanium, flumen eſt in Illiride regione. Plin. lib. 3. cap. 21.
Teder, opp. mediterraneum Vmbriæ. Plin.
Tediaſtum, ciuitas eſt Liburniæ. Ptol.
Tediſera, dea Ceres dicta eſt cuius ſacra noctu fiebant. Ouid.
Tedion, ciuitas eſt Arabiæ deſertæ. Ptol.
Tega, opp. eſt Africæ inter duas Syrtes. Ptol.
Tegea, op. eſt in Arcadia regione. Plin lib, 4. cap. 6.
Tegæus, a, um. ea ratione ſicut Nemæus, a, um.
Tegeaticus, a, um. à Tegea, unde Pan deus Tegeaticus.
Tegeaticum, bellum cum Lacedæmonijs. Herod. lib. 1.
Tegeaticus, uolucer & ales, Mercurius dicitur. Stat.
Tegeſſus urbs Cypri: gentile Tegeßius. Step.
Teium, urbs in Paphlagonia, unde ortus Anacreon, ubi templum Apollinis. Saluſt
Teius, a. um. Ouid. Præcepit Lyrici Teia muſa ſenis.
Teius, a, um. à Theo inſula contra Leſbum.
Teldautij, pop. ſunt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Telamon, Aeaci fuit filius, Pelei patris Achillis frater.
Telamoniades, forma patronymici dicitur Aiax Telamonis filius
Telamon, portus eſt Hetruriæ in Italia. Plin. Vulgo Port de Telamone.
Telamon, inter portum Herculis & caput Hetruriæ. Io. Annio. Vulgo Cap del mont Argentaio.
Telandrus, inſula eſt in mari Lycio. Plin. lib. v. cap. 31.
Telchinia, prius dicta eſt quæ poſtea Rhodus. Vulgo Rodas.
Telchines, pop ſunt in eadem inſula Strab. lib. 10.
Telchines, filij Mineruæ & Solis, ijdem qui poſtea Corybantes et Idæi. Strab. lib. 10.
Telchis, urbs Aethiopiæ in Libya, gentile Telchites. St.
Telchinia, prius dicta quæ poſtea Sycion. Step.
Telchius & Amphitus, Caſtoris & Pollucis aurigæ fuere, à quibus fera gens Heniochorum orta. Plin.

Teleba, ciuitas eſt Albaniæ, Ptol.
Telebœ, Aetoliæ pop. fuerunt latrocinio infamati. Ariſt.
Telebœ quoq;, pop. fuerunt Campaniæ. Verg. lib. 7.
Teleboas, unus è Centauris Ixionis & Nubis filius. Boc.
Telebois, pars eſt Acarnaniæ. Steph.
Telecrus, nomen proprium regis Laconiæ.
Telegonus, Vlyßis filius ex Circe, qui patrem interfecit.
Telemachus, fuit Vlyßis ex Penelope filius. Ouid,
Telemus, Eurymi filius & uates egregius inter Cyclopas, Polyphemo prædixit, quæ ab Vlyſſe paſſus eſt.
Telephanes, uir carrucarius, ad regnum Lydorum ex oraculo accerſitus.
Telepeanes, tibicen, cuius meminit Demoſthenes.
Telephus, Herculis filius ex Augæa filia Alcæi Arcadiæ regis qui ex cerua nutritus fertur.
Telephus, Pergamenus grammaticus, ſcripſit fere omnia, quæ ad grammaticam pertinent. Suid.
Telephus, mendicus peram geſtans apud Ariſtophanem.
Telephi fons, in Lycia eſt, & ſtadijs 7. à Pataris diſtat.
Teleſco, nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod.
Teleſilla, mulier fuit poetica nobilis. Pauſan.
Teleßia, ciuitas eſt Samnitum in Italia. Pto.
Teleſtor. pater fuit Euripidis poetæ.
Telethuſa, mater Iphidis puellæ quæ in puerũ mutata fuit. Ouid.
Telis flu. eſt prouinciæ Narbonenſis. Plin lib. 3. cap. 4.
Tellen, tibicen fuit & poeta ineptißimus. Eraſ. in Prouerb.
Tellenis, cantilenas canere, Prouerb. in dicaces & inepte loquaculos.
Tellene, opp. eſt Latij quod interijt. Plin. lib. 3. cap. v.
Tellias, uates fuit Heleus, cuius ſtratagema uide apud Hero. li. 8.
Telmera, urbs Cariæ, gentile Telmereus. Ste.
Tellus, uir pauper Athenienſis, quem Solon Crœſo fœliciorem eſſe dicebat Plut. & Herod.
Tellus, dea terræ credita eſt antiquis. Cic. de natura deorum.
Telmiſſus, ſiue Telmeſſos, opp. eſt Lyciæ. Ptol.
Telmeſſus, prius Temmeſſus, à Temeſſo Apollinis filio cõditore.
Telmeſſus, à Thermeſſo differt, nam Thermeſſus in Piſidia eſt.
Telmeſſum, inquit Plin. urbem quondam fuiſſe religioſißimam.
Telmeſſus, ſiue Telmeſſos, ſimplici & duplici ſ. ſcribitur.
Telmiſſus fere, non Telmeſſus ſcribitur à Græcis.
Telmeſſus inſcribitur fabula Ariſtoph. à Telmeßide promõtorio
Telmeſſus, antea uocabatur Oropus Syriæ ciuitas. Step.
Telobis, ciuitas eſt Iaccetanorum in Hiſpania. Pto.
Telos, inſula eſt una è Cycladibus in Aegæo. Plin. lib. 4. Vulgo Epiſcopi.
Telos inſula, Epitropio obiacet. Herod. lib. 7.
Telina unguenta, à Telo inſula. Plin. lib. 13. cap. 1.
Telphiſſa fons, cuius aquas Tireſias uates quum ſenex potaſſet, et ferre non potuiſſet, extinctus eſt.
Telphuſſa, Lycophronij op. eſt in Arcadia regione.
Telphuſium, opp. eſt Bœotiæ ubi laudatur Bacchus à Pindaro.
Telys, Sybaritarum tyrannus. Herod. lib. vi
Temandrus. mons eſt Lybiæ interioris. Ptol rectius Mandrus.
Tembrius, flu. eſt iuxta Pontum. Orph. in Argonauticis.
Tembros, urbs Cypri, in qua Hylates Apollo colitur. Step.
Temenia. urbs Phrygiæ iuxta Lyaconiam. Step.
Temenites, fons eſt in agro Syracuſano. Plin. lib. 3. cap. 8.
Temenium, opp. eſt in Peloponneſo. Strab. lib. 8.

Temeſa

Temeſa,opp.eſt Calabriæ in Brutij. Plin. lib.iij cap.v.

Temeſe,opp.eſt Cypri,ubi ærifodinarum locus oſtenditur, gentile Temeſites.Sſeph.

Temeſæus,a,um.Ouid.Temeſæaq; concrepat æra.

Temiſtela,in Americæ regionibus oppidum maximum ſub tropico Capricorni collocatũ,eſt illud idem,quod ſuo nomine Quinſay tibi aperuimus.

Temiſtela,in regione Chatay reperitur.

Temmices,pop ſunt Bœotiæ.Strab.

Temmos,opp.eſt Ioniæ.Plin lib v.cap 29.

Tempe,loca amœna Theſſaliæ.V.M.paß longitudine.

Tempe , loca ſunt etiam in Bœotia , quæ Ouidio Cygneia dicuntur.

Tempſa, oppidum Brutiorum, Græcis dicitur quod Latinis Temeſa.

Tempſis,cacumen Tmoli montis In quo.150. annis uiuunt incolæ. Plin lib.7.cap.48.

Temus,uel Temos flu.eſt Sardiniæ inſulæ.

Tencbteri,uel Tenceri,populi ſunt Germaniæ Cæſarien. de bello Gallico.

Tenea,uicus Corinthi,a Tenno Cyni filio.Steph.

Teneas,flu.eſt in Tyberim defluens,Strab.li.v. Vulgo Topino, en lo ducat de Spoleto.

Tenebrium,promont.eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis.Pto.

Tenebrus portus,eſt in eadem Hiſpania.Pto.

Tenedos inſula maris Aegei contra Sigæum littus. Vulgo Tenedo.

Tenedus,a,um. Cic.Tenediorum igitur libertas &c.

Teneros,opp.eſt in Bœotia.Strab.lib.9.

Tenes,creditur fuiſſe deus in Sicilia Cic.3.in Verr.

Tenetum,in occidentis partibus inſula collocata auſtralis iuxta Molucas.

Tenela, op.eſt Arcadiæ regionis.

Tenia, ciui.eſt Azabetidis regionis Sarmatiæ Aſiaticæ.Pto.

Teniſſa,op.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.

Tenitæ,credebantur eſſe fortium deæ,quod tenendi poteſtatem haberent.Feſt.

Tennes,Cycni filius,a quo Teneæ uicus Corinthi.Strab.

Tenos,inſula eſt,una è Cycladibus.Plin.Vulgo Tine.

Tenſa,inſula eſt Italiæ a Leontibus condita. Solin.

Tenſij,pop.ſunt Myſiæ inferioris.

Tentyris,inſula eſt Nili.Plin.lib.8.cap.25.

Tentyrij,ſiue Tentiricij,uel Tentiritæ,inſulani dicuntur.

Tentyris,ciuitas eſt metropolis Aegypti.Pto.

Tentyrites nomos,præfectura,eſt in eadem Aegypto.Ptol.

Tenucani, Græci fuerunt Piſarum conditores.

Teon,promont eſt Cretæ inſulæ.

Teos, inſula eſt contra Epheſum Anacreontis patria.Strab.

Tephene, toparchia eſt Iudææ Paleſtinæ.Plin.lib.v.cap.15.

Teracatriæ,pop.ſunt Germaniæ magnæ.Ptol.

Terapnæ,ciuitas eſt in Laconia regione Helenæ patria.

Terapne,opp.eſt Cretæ mediterraneum. Plin.lib.4 cap.12.

Terapne, aliquibus cum aſpiratione ſcribitur, hoc eſt Teraphne.

Terapnæus.a,um.Ouid.Rure Terapnæo nata puella Phrygem.

Terapſe,inſula non magna,iuxta Carthaginem.Step.

Therbertia,urbs Siciliæ ciues Therbertini.Ste.

Therebia ciuitas eſt Armeniæ maioris.Ptol.

Terebus,flu.eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis.Pto.

Teredon,ciuitas eſt in Babylonia regione ſiue Perſica.

Terentia,Ciceronis uxor ex ipſius literis notißima.

Terentiam, 117.annis uixiſſe,author eſt.Plin lib.7.ca.48.

Terentius, poeta comicus,Carthagini natus.

Terentius Scaurus, grammaticus Adriani principis temporibus. ſcripſit de Caſellij Vindici erroribus.

Terentius Culeo,ſenator Romanus,captus a Carthaginenſibus,redemptus ab Africano maiore.Liu.

Terentianus,a,um.adiect.a Terentio.Quint.lib.6.cap.3.

Terentus, locus Romæ in campo Martio.Feſt.

Terentus dictus , quod in eo loco ara Ditis patris in terra occultaretur.

Terentus,uel a ruminando Rumon & Serra quod ſecaret ripas.

Terentus inde dictus,quod ripam fluminis tereret.

Terentinus, a , um. Auſo. Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Terentini ludi,centeſimo quoq; anno tribus diebus ac noctibus celebrabantur.

Tereus.rex Thracum, Martis ex Biſtonide nympha filius.

Tergamon,inſula eſt Rhodiorum.Plin.lib.v.cap,31.

Tergeſtum,colonia eſt Iſtriæ.Pto Vulgo Trieſt.

Tergeſtum,ſtadijs.180. ab Aquileia diſtat.Strab.

Tergilani,pop ſunt Lucanorum in Italia Plin lib.3.

Teridata,ciuitas Meſopotamiæ ad Euphratem.Ptol.

Terina,inſula eſt una ex Syrenibus.

Terina inſula,a Ligia una Syrenum colebatur.Lycophron.

Terinni,pop.ſunt Britanniæ inſulæ.

Termera,opp.eſt Lydiæ Mæoniæ in Aſia propria.Pto.

Termera,opp eſt Cariæ regionis.Plin lib v cap 29.

Termerenſis,e. Herod.Hiſtiæum tymnis Termerenſem.

Termes,op. eſt Areuacorum in Hiſpania.Pto.

Termeſſus,opp.eſt Carbaliæ in Pamphilia Pto.

Termeſſus ciuitas gemina in Piſidia. maior ſcilicet & minor.

Termile, regio prius dicebatur quæ nunc Lycia .Strab.

Terminus,deus apud antiquos,in cuius tutela fines agrorum eſſe exiſtimabantur.Feſt.

Terminus,in loco quo colebatur ,ibi ſuper eum foramen patebat in tecto.

Terminum enim,intra tecta conſiſtere nefas arbitrabantur.

Terminus,ſolus reliquorum deorum Ioui cedere noluit. Ouid.lib, 2. Faſt.

Terminalis lapis, dicitur terminus ipſe lapideus.

Terminalia,orum feſta erant ipſius dei termini.Liu.

Termontium,ciuitas eſt in Thracia regione.

Ternera,inſula eſt Americæ,proxima Fatali ſanctæ Mariæ, & S.Michaelis inſulis.

Terpandrus Arineus,ſiue Leſbius,poeta Lyricus.Suid.

Terpnus,citharœdus fuit,cuius cantu ſumme oblectabatur Nero. Suetonio.

Terpſichore, una Muſarum ſic dicta quod choreis & tripudijs delectetur.

Terpſichore,a quibuſdam cithariſtria uocatur.

Terpyllus,ciuitas eſt Mygdoniæ in Macedonia.Pto.

Tertullianus,ſcriptor doctus,temporibus naſcentis eccleſiæ.

Teſcapha,ciuitas eſt Meſopotomiæ ad Tygrim.Pto.

Teſprotæ,pop ſunt in Epiro.Ptol.rectius Theſprotæ.

Teſtis,fons apud Iraſa locum in Africa.Herod.

Tetagoda,ciuitas eſt in Albania.Ptol.

Tetyopobatæ, pop. ſunt in Lybiæ. Herod.

Tethis, Cœli & Veſtæ filia, Neptuni uxor & nympharum mater. Ouid.

Tetra, ciuitas Cypri inſulæ. Strab.

Tetrachoritæ, pop. qui alias Beßi. Strab. lib. 7.

Tetrapolis, ciuitas eſt in Peloponneſo.

Tetrapolis, regio eſt Syriæ Antiochenæ. Strab. lib. 15.

Tetrapolis, dicta eſt Antiochia, à 4. inſignibus urbibus. Strab. libro. 6.

Tetrapolis dicta eſt Atticæ pars, quod uicos & ciuitates. 4. haberet. Steph.

Tetrapyrgia, ciuitas eſt in Cappadocia. Pto.

Tetricus, mons in Sabinis aſper atq; arduus. Verg. Vulgo Mont Seuero y mont Negre. à quo

Tetrici, dicti ſunt homines triſtes & ſeueri. Seru.

Tetius, flu. eſt Cypri inſulæ. Ptol.

Tettius Caballus, uiri propriũ qui ſub Veſpaſiano & filijs claruit

Tettius, propter ſcurrilitatem, & à calcitratu, Caballi nomen adeptus. Calepin.

Teuca, regina Illyricorum quæ Romanos ſæpe fregit. Plin.

Teucer, & Teucrus Scamandri Cretenſis filius, qui in Troade regnauit, unde Ilienſium rerum origo.

Teucria, à Teucro Troia dicta, & Troiani ipſi Teucri.

Teucer, filius Telamonis, qui Salamina in Cypro condidit. Iuſtin. libro. 44.

Teucer, quidam Cyzicenus, ſcripſit de terra quæ profert aurum, & de Cyzicenorum rebus. Suid.

Teucer, poſſeßiuum, idem quod Troianus, ut, Campi Teucri. Ver.

Teucris, urbs & regio Troadis, Dardania poſt dicta. Step.

Teudamedus, pater Pelaſgi. Hom. 2. Iliad.

Teuderium, Germaniæ urbs. Ptol. Hodie Padeborua.

Teumeſſus, mons Bœotiæ, à quo leo Teumeßius, quem Hercules adhuc pene puer occidit.

Teumeſſus, flu. regio. & paruulum oppidum in Thebanis finibus. Strab. lib. 9.

Theuochis, urbs Aegypti: & lacus eiuſdem nominis. Step.

Teuriſci, pop. ſunt Daciæ. Pto.

Teutatem, Galli humano cruore placabant. I actan. lib. 7.

Teutates, lingua Gallica dictus eſt Mercurius. Lucan.

Teutates, inuentor Geometriæ & Aſtronomiæ à Platone deſcribitur.

Teutha regina Illiricorum quæ ſupra Teuca.

Teuthadamus, pater Pelaſgi, qui ſupra Teutamedus. Hom. 2. Il.

Teuthis, princeps Græcorum qui indignatus, quod in Aulidis rupes impegiſſet Palladem uulnerauit haſta.

Teuthrania, quæ & Thymena, ciuitas eſt Galatiæ. Ptol.

Teuthrania, regio eſt Troadis mediter. Plin. lib. v.

Teuthraniam, à Teuthrante dictam eſſe cenſet Step.

Teuthranij, pop. ſunt Laconiæ regionis.

Teuthranus, Axili pater. Hom. 6. Iliad.

Teuthras, rex Myſiæ, Pandionis filius & Theſpij pater.

Teuthranteus, a, um. Oui. Peneuſq; ſenex Teuthranteuſq; Caycus.

Theutones, ſiue Teutoni uel Teutonici, Germaniæ populi. Plin. libro. 4. cap. 14.

Teutones, dicti ab eorũ deo Teutone, quẽ terra ortũ exiſtimabãt.

Teutonicus, a, um. Propert. Roma Teutonicas refringat opes.

Teutonici capilli, quales Teutones geſtare ſolent, id eſt flaui Mar. Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos.

Texali, pop. ſunt Britanniæ inſulæ. Ptol

T. ante, H.

Thabis, Scythiæ mons in Aſia. Pomp. lib. iij.

Thabuca, ciuitas eſt Vardulorum in Hiſpania. Ptol.

Thæma, ciuitas eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.

Thagulis, ciuitas eſt Africæ inter duas Syrtes. Ptol.

Thais Alexandrina, nobilis meretrix fuit. Propert.

Thais altera, à diuo Pantuio admonita relicto quæſtu meretricio, ſancta mulier euaſit. Volat.

Thala, mons eſt Libyæ interioris. Ptol.

Thala, opp. Africæ. Flo. & Saluſt. in Iugurtha.

Thalama. ciuitas eſt Meſſeniæ. Step.

Thalamanæi, pop. Perſis ſubditi. Ste.

Thalamia. ciuitas eſt Theſſaliæ. Step.

Thalbis, ciuitas eſt Albaniæ inter Gerrum & Soanam fluuium.

Thales Mileſius, fuit unus ex 7. Græciæ ſapientibus, obijt Olympiade. 58. æſtu ac ſiti fatigatus.

Thales poeta Lyricus Cretenſis quem è Creta Solon Spartam miſit. Plutarch. in Solone.

Thaleſtria regina Amazonum, quam, alij Minitheam uocant. Strab. lib. 11.

Thalia, una eſt Gratiarum à Θάλλω. i. germino, uel uireo, quoniã poetarum laus parta ureſcat.

Thalia, nymphæ nomen in Sicilia iuxta Simethum flu.

Thalia, inſula quædam Tyrrheniæ. Ariſt. in mirabilib.

Thalij, pop. iuxta Caſpios. Solin. cap. 25.

Thalpuſa, ciuitas eſt Italiæ in Orchomeno. Step.

Thalus, uir eximiæ uelocitatis quem Iupiter æreis pedibus finxiſſe dicitur. Vide annot. Baptiſtæ Pij.

Thamanæi. pop. inſulas maris rubri incolentes. He.

Thamarus, ciuitas eſt Iudeæ ab occaſu Iordanis. Ptol.

Thameſis, flu. eſt Britanniæ Cæſari de bello Gallico.

Thamna, ciuitas eſt Paleſtinæ ab occaſu Iordanis. Ptol.

Thamuda, locus prope Nabatheos Arabes, incola Thamudenus. Steph.

Thamyras, Trax poeta, qui de cantu cum Muſis certauit, ideoq; oculis captus.

Thamyras inſanit, prouerb. in eos qui præter ingenium proprium aliquid agunt. Eraſ.

Thanatos, inſula in oceano Gallico, Britanniæ proxima frumentarijs campis fœlix. Solin.

Thanes, metropolis Aegypti in qua Moſes multa ſigna fecit.

Thanontada, opp. eſt Numidiæ nouæ in Africa. Ptol.

Thanuthis uilla eſt Libycæ præfecturæ in Aegypto. Ptol.

Thapſacum, ciuitas fuit quæ poſtea Amphipolis.

Thapſacus, ciuitas eſt Syriæ ad Euphratem. Ste.

Thapſacus, ciuitas eſt Arabiæ deſertæ ad Euphratem.

Thapſipolis, prope Chalcedonem eſt. Step.

Thapſus, opp. eſt Africæ propriæ. Ptol.

Thapſus, ciuitas eſt Libyæ. Step.

Thapſus, inſula. x. ſtadijs à Sicilia diſtans uerſus Syracuſas, plana ut undis merſa uideatur.

Thar, ciuitas eſt Themorum in Arabia fœlici. Ptol.

Tharei, pop ſunt Aethiopiæ. Plin.

Tharſis, Ciliciæ ciuitas eſt literarum gymnaſiũ. Vulgo Tarſo.

Thaſos, inſula eſt in Aegæo prope Thraciam, una Cycladum. Vulgo Taſſo.

Thaſus, à Thaſo duce Phœnicum appellata eſt. Herod.
Thaſij, pop. in Thaſo habitantes.
Thaumacia, ciuitas eſt Magneſiæ. Step.
Thaumacia, ciuitas eſt in ſinu Maliaco. Step.
Thaumanſias, Iris dicitur Thaumantis filia & Electra.
Thaumantias, nuncia deorum in rebus malis, ut Mercurius in bonis. Seru. in Verg. lib. 9. Aeneid.
Thaumantis, idis ut, Nubifera Thaumantis. Stat.
Thaumantheus, a, um ut Virgo Thaumanthea. Ouid. lib. xiiij.
Thaumaſion, mons eſt Arcadiæ. Step.
Thea, nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod.
Thea, ciuitas eſt Laconiæ. Step.
Theagenes tres, Athenis diuerſis temporibus fuiſſe recēſet Suid.
Theagenes, qui de Homero ſcripſit.
Theagenes, Caprus appellatus quod multa promittens nihil præſtaret. Suid.
Theagenes, uir fuit potens ac diues Athenis Suid.
Theagenes, athleta Thaſius. 140. coronas è certaminibus retulit. Pauſan.
Theangela, urbs Cariæ eſt. Step.
Theano, mulier Pythagorea, uxor Brotini Crotoniatæ ſcripſit cōmentarios in philoſophia Plotinus.
Theanum, cognomine Sidicinum Apuliæ opp. Stra.
Theanum, an Theanum? Horat. Cras ferramenta Theanum.
Theanenſis, e. Liu. lib. x. Ex Apulia Theanenſes Canuſiniq́;.
Thebæ, arū. & Theba, æ. & Thebe, es op. Aegypti peruetuſtū.
Thebæ in Aegypto. hecatompylæ. i. 100. portarum dicuntur.
Thebæ, arum op. Bœotiæ à Cadmo Agenoris filio conditū, quam Amphion muris ornauit.
Thebæ Bœotiæ, heptapylæ dictæ ab eo quod ſeptem portas habebant. Apuleius.
Thebe Bœotiæ, dicuntur Liberi atq́; Herculis patria. Vul. Tiua.
Thebe, urbs in Africa quam Bacchus condidit.
Thebe, op. eſt in Attica regione Step.
Thebe, op. eſt in Theſſalia Phthiotide. Solin. ca. 16. V ul. Ziton.
Thebæ, arum. opp. fuit in Cilicia, Andromaches patria.
Thebæ, in Lucania Italiæ fuere quas interijſſe ait Ca.
Thebæ. ciuitas eſt Cinedocolpitarum in Arabia fœlici. Ptol.
Thebæ, arum opp eſt in Syria. Step.
Thebæ, arum opp. eſt in Ionia iuxta Miletum. Step.
Thebæus, a, um. à Thebis, ut, Thebæorum dinaſtia. Euſeb.
Thebanus, a, um à Thebis, ut, Thebana agmina. Sta.
Thebaides, patronym. fœmi. Ouid. Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant.
Thebais, ſuperior Aegypti pars Aethiopiæ contermina. Plin. lib. v cap. 9.
Thebais, opus inſigne Statij poetæ, in quo de Thebis tractatur.
Thebais, locus eſt iuxta Pontum Step.
Thebaſa, ciuitas eſt in confinio Galatiæ.
Thebet, prouincia magna, in qua dominatur rex & dominus magnus Cam potentiſſimus, dominus totius Indiæ orientalis & meridionalis.
Thebeta, caſtellum Meſopotamiæ. Step.
Thecla, nomen proprium mulieris ſanctiſſimæ.
Theænæ, arum, opp. eſt Africæ propriæ. Ptol.
Theganuſa, inſu. eſt in ſinu Laconico Pli li. 4. ca. 12. Vul. Caure
Thegonion, ciuitas eſt Theſſaliæ Steph. (ra.
Thei proſopon. i. perſona dei, ciuitas eſt Phœnices.

Thelbencana, Babyloniæ urbs iuxta Euphratem. Hodie Maraga
Thelda, ciuitas eſt Meſopotamiæ ad Euphratem. Pto.
Thelæ, arum. pop ſunt Libyæ interioris. Ptol.
Thelamuza, caſtellum eſt Arabiæ ad Euphratem. Step.
Theleſis, Argiua mulier quæ Argos opp. Græciæ à Spartanis cum cæteris mulieribus tutata eſt.
Thelphiſſa; fons eſt in Bœotia regione.
Telphuſſa, opp eſt Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.
Thelphuſium, oppidum in Bœotia, ubi laudatus eſt Bacchus à Pindaro.
Temaci, gens eſt Erechtheidos tribus. Step.
Thembinadia, regio eſt quæ Nemæa dicitur.
Thembriemos, ciuitas eſt Cariæ. Step.
Themes, antiquū Cypri op. in quo æs primo repertum, ab eo ſumſit cognomen.
Themi, pop ſunt Arabiæ fœlicis Ptol.
Themillas, proprium eſt uiri apud Verg. lib. 9. Aeneid.
Themis, una ex tribus ſororibus Iouis, ex qua Mineruam ſuſcepit habuit templum in Bœotia.
Themis alia, quæ alio nomine Carmentis dicta eſt.
Themiſcyra, ciuitas eſt Ponti Galatici in Cappadocia. Ptol.
Themiſon, medicus apud Herod. & Corne. Celſum.
Themiſonum opp. eſt in Phrygia maiori. Plin lib. v.
Themiſonij, ſiue Themiſones, pop. à Themiſſonio. Plin.
Themiſonium, regio eſt Phrygiæ. Steph.
Themiſſos, ciuitas eſt Cariæ. Step.
Themiſſua, opp eſt Africæ propriæ. Ptol.
Themiſta, dea quæ ſupra Themis conſiliorum præſes.
Themiſtius, philoſophus ſub Iuliano apoſtata imperatore, cuius præfectus fuit Conſtantinopoli.
Themiſtocles, Athenienſis Nioclis filius, res inclytas geſſit. Vide Plutarch.
Themiſtoclis tumulus, iuxta Piræum. Pauſan.
Themiſtogenes, Syracuſanus hiſtoricus, qui Cyri expeditionem & bella compoſuit. Suid.
Thena, ciuitas eſt Samariæ in Paleſtina. Pto.
Thentolenſis, mons prope Athenas. Vitruuio.
Theoclymenus, uates, qui Vlyſſis in Græciam reditum prædixit Penelope Hom. odyſſ 17.
Theocrines, uir qui primo tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator & ſycophanta. Eraſ in prouerb.
Theocrites, Cretæ indigetes inſulam tenuerunt. Her.
Theocritus, Syracuſanus poeta, ſcripſit tamen Buccolicum. Suid. Hunc Virgilius imitatus eſt.
Theocritus, Chius patria, ſcripſit hyſtoriam Libycam. Suid.
Theodamas, pater Hylæ fuit quem Hercules interfecit.
Theodamanteus, a, um. Propert. Theodamanteo proximus ardor Hylæ.
Theodectes. orator Cilix genere, diſcipulus Platonis.
Theodectes, alius ſuperioris filius ſcripſit encomium Alexandri regis Epirotarum. Suid.
Theodore. lege Tadore.
Theodorus, Byzantius ſophiſta qui à Platone uocatus eſt Logodædalus.
Theodorus, et Theladeus, fratres Samij ſculptores celeberrimi. Su.
Theodorus Gadaræus, nobilis orator Strabonis tempore.
Theodorei, dicti ſunt eius diſcipuli, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte rhetorica ſcripſit.

Theodorus, ἄθεος de quo Laertius & Suidas.
Theodoſia, opp. eſt Tauricæ Cherſoneſi. Ptol. Hodie Caffa olim ditionis Genuenſium.
Theodoſius, nomen proprium duorum Romanorum principum.
Theodoſius, uir memorabilis in Bithinia. Strab. lib. 12.
Theodotus Chius, uir quem Brutus Auguſto inimicus interfici iuſſit. Plut. in uita Pompeij.
Theodotum alium, memorat Philoſtratus inter Sophiſtas.
Theognis, poeta Græcus, de quo Plato in libro de legibus.
Theomneſtus Cous, uir fuit clarus adminiſtratione Reipublicæ, et Niciæ æmulus. Strab. lib. 14.
θεῶν ὄχημα. i. deorum currus, mons eſt Lybiæ interioris.
Theon, nomen pictoris Samij. Quintil. lib. 12.
Theon, mathematicus qui ſcribit de ſpiritibus ad Ptolemæum aſtrologum. Quintil. lib. 12.
Themon, Stoicus Antiochenus ſcripſit Apologian Socratis.
Theon, ſculptor, inter. 5. qui Mauſoleum cælauere. Plin. libro. 35. cap. 12.
Theon, quidam fuit loquaciſſimus & maledicus. Acroni.
Theonino dente rodere, prouerb. in detractores & maledicos.
Theophanes, Mitylenæus hiſtoricus qui Pōpeij res geſtas ſcripſit teſte Cic. in orat. pro Archia.
Theophilus, præſul Antiochenus, librum in Marcionem edidit.
Theophilus, Cæſareæ Palæſtinæ præſul Seuero imperante.
Thophilus, præſul Alexandrinus, ſcripſit contra Originē. Suid.
Theophilus, alius præſul Antiochenus ad quem Lucas ſcribit Acta Apoſtolorum.
Theophilus, comicus antiquæ comœdiæ. Suid.
Theophraſtus, Ariſtotelis diſcipulus & ſcholæ ſucceſſor fuit, peripateticorum eloquentiſſimus.
Theophraſtus, prius Euphraſtus deinde Theophraſtus ob oris eloquentiæ ſuauitatem.
Theophraſtus, diuinitate loquendi nomen inuenit. Cic.
Theopolis, maxima ciuitas Orientis ſic à Iuſtiniano nominata poſt teremotum mutato Antiochiæ nomine. Step.
Theopompus, Gnidius orator & hiſtoricus poſt Thucid. & Herodotum, Quintil.
Theoi, inſula eſt ab Ionibus condita. Herod.
Theræ, ciuitas alia Rhodi, alia Sogdianæ. Step.
Thera, ciuitas eſt Cariæ. Pto.
Thera, inſula eſt prope Atticam una è Cycladibus in Aegeo. Pli. libro. 4.
Thera, inſula eſt una e Sporadibus. Steph.
Thera, prius Calliſta dicebatur. Herod. lib. iiij.
Thera, eadem eſt quæ Corſica. Seneca lib. 6. natural. quæſt. Vulgo Corſega.
Theramenes, Athenienſis philoſophus. Cic. 1. Tuſ. quæſt.
Therāne, op. in Sabinis ex quo Actius Clauſus originem traxit.
Therannæus, a, um. idem quod Sabinus. Sil.
Therapne, lege ſupra in uerbo Terapne ſine aſpiratione.
Therapne, ciuitas eſt Laconiæ patria Helenæ. Pomp. lib. 2.
Therapne, opp. eſt in Creta Solin & Plin.
Theraſia, inſula eſt & ciuitas prope Achaiam. Plin.
Theraſia, inſula eſt prope Cretam. Ste. Vulgo Santorino
Thericles, figulus Corinthius, a quo quædam uaſa fictilia Thericlea Plin. lib 16. cap. 40.
Theridamas, canis uenaticus quaſi ferarum domitor.
Therimachus, nomen pictoris inſignis. Plin. lib. v. cap. iij.
Therinus, flu. eſt Cretæ. Diodo.
Theriomachus, filius Hercu. ex Megara Creontis filia.
Therion, inſula eſt prope Rhodum. Plin lib. v. cap 31.
Therma, nomine Myrinæa, inter Sciatum & Magneſiam.
Thermæ, arum. Siciliæ opp. Step. & Pompon.
Thermitani, pop. ſunt eiuſdem Siciliæ. Cic.
Thermitanus, a, um. ab urbe Thermis ſæpe deducit. Cic.
Therme, arum. locus eſt in Macedonia. Plin. lib. iiij. unde.
Thermaicus ſinus, qui adiacet Macedoniæ. Plin. li. iiij. Vulgo Golf de Saloniqui.
Thermæ Stygianæ, ab urbe in Galliis Aureliano itinere. Vulgo Bagni Ceretani, a 28. millas de Roma.
Therme, es, ciuitas eſt Thraciæ. Ste.
Thermenſis, inſulula eſt è Cycladibus. Plin. lib. iiij.
Thermidana. ciuitas eſt in Dalmatia. Pto.
Thermodoon, flu. eſt Cappadociæ. Ptol.
Thermodoon. flu. quoq; eſt Aeolidis regionis.
Thermodoontiacus, a, um. Ouid. Thermodoontiaco cælatus baltheus auro.
Thermopolytes, præfectura eſt in Aegypto Plin lib. v.
Thermopylæ, mons Phocidis habens fauces anguſtiſſimas.
Thermos. ciuitacula eſt Aetoliæ. Step.
Thermydra, portus eſt Rhodi inſulæ. Step.
Therne, ciuitas eſt in Thracia. Step.
Therodamas. rex Scythiæ, qui leones humano ſanguine alebat.
Therodamanticus, a, um, Ouid. Therodamanteos ut qui ſenſere leones
Theron, nomen canis. Oui. Et trux cū Lalape Theron.
Therſander, Polynicis fuit ex Argia filius. Stat.
Therſara, ciuitas eſt Aſſyriæ. Ptol.
Therſilocus, nomen eſt uiri proprium. Verg. 6. Aeneid.
Therſitæ, gens eſt Iberiæ. Step.
Therſites, Græcus quidam uir, quo non deformior alter uenerat ad Troiam, linguaue proteruior alter. Ho.
Theſeus, Aegæi Athenarum regis filius ex Aethra coniuge, Minotaurum in Labyrintho occidit.
Theſeus, a, um. Ouid. O mihi Theſea pectora iunge fide.
Theſides, dicitur Hypolytus Theſei filius.
Theſmophoria, ſacra ſunt Cereris, quæ à noſtris Cerealia dicūtur Herod. lib. 2.
Theſpiæ, opp. liberum Bœotiæ ad radices Parnaſſi Heliconi proximum, a Theſpiade conditum.
Theſpiæ, arum, ciuitas quoq; eſt Magneſiæ. Plin. lib. iij.
Theſpiæ Muſæ. Ouid. Nec me Theſpiadum cætera turba iuuat.
Theſpienſis, e. à Theſpijs dixit Herod. lib. v.
Theſpiacus, a, um. à Theſpijs, ut, Mœnia Theſpiaca. Va.
Theſpius, a, um. ut, Rupes Theſpia, Catull. in epithalamio Iuliæ.
Theſpiades Muſæ ſeu nymphæ Theſpias incolentes.
Theſpiades, non à Theſpia matre. l. nutrice, ſed à Theſpijs Bœotiæ nomen habent. Step.
Theſpiades, Herculis filij, ex filiabus. 50. Theſpij.
Theſpici, pop. ſunt Græciæ.
Theſpis, ex Icaria ciuitate primus poeta Tragicus, & qui perſonas inuenit. Suid.
Theſpis, Erichtei Athenienſium regis filius. Dio.
Theſprotia, ciuitas & regio in ſinu Ampracio. Step.
Theſproti, pop. ſunt Epiri, Proximi Chaonibus. Plin.
Theſſalia, regio Græciæ inter Bœotiam, & Macedoniam, quæ ſub Attica olim comprehendatur.

Theſſalia prius Pyrrhaa, deinde Aemonia dicta eſt.
Theſſalia quoq; prius Pelagſis, Conagro, atq; Hellas uocabatur, unde regio Hellenes, Plin lib 4.
Theſſalicus, a, um. Lucan. Theſſalicas urgebat paruo ſagittas.
Theſſalus, a, um. Lucan. Theſſala quin etiam tellus. &c,
Theſſalis, idis patronym. Ouid. Theſſalidum uirgo pulcherrima.
Theſſaloce prius dicta quæ poſtea Magneſia ad Mæandrum.
Theſſalonica ciu eſt metropolis Macedoniæ. Vulgo Saloniqui.
Theſſalonica, patria fuit Theodori Gazæ, qui uir doctiſſimus in utraq; lingua ætate noſtra habitus eſt.
Theſſalonicenſes, dicti ſunt eius ciuitatis incolæ. Cic.
Theſſander, Polynicis filius ex Argia. Stat.
Theſſyris, flu. eſt Sarmatia Aſiatica. Ptol.
Theſtidion, ciuitas eſt Theſſalonices Step.
Theſtidium, ſtagnum Thraciæ, cum adiacente agro Nyſa. Step.
Theſtis ciuitas eſt Arabiæ, & alia Libiæ. Steph.
Theſtius, filius fuit Parthaonis ex Calydone nympha pater Althææ, quæ ab illo Theſtias. Ouid.
Theſtor, pater Calchantis uatis qui ab eo Theſtorides dictus eſt. Hom 1. Iliad.
Theſtoros, ciuitas eſt Thraciæ Step.
Theſtylis, propriũ mulieris, cuius Verg & Theocritus meminere
Thetis, idis. Pelei regis Theſſaliæ uxor Achillis mater.
Theudalis, opp. eſt in Africa propria dicta. Ptol.
Theutoni, pop Germa qui & Theutones & Theutonici.
Theumeſus opp. uel promont. de quo ſe Ino, cum Palæmone præcipitauit.
Theumeſus, mons Bœotiæ, ubi Hercules leonem occidit. Lact.
Theumeſius, a, um Papia. Iuuenis Theumeſius iras.
Thiagola, lacus eſt Myſiæ inferioris Ptol.
Thibais, locus in Ponto, unde Thibij pop. dicuntur. Step.
Thibais, ab una Amazonum quæ Thiba dicebatur.
Thibinis, opp. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Thicata, opp eſt Mauritania Tingitanicæ. Ptol.
Thiga, ciuitas eſt Libyæ interioris. Pto.
Thigiba, colonia eſt Numidiæ nouæ in Africa Pto.
Thime. metropolis ciuitas Morſuli regni in extremitatibus orientis collocati.
Thini, opp. eſt Aegypti, unde Thinites nomos.
Thiniſſa, op eſt Numidiæ in Africa propria. Pto. Hodie Tunetũ. Vulgo Tunez.
Thinodus, mons eſt in Aegypto Ptol.
Thiodamas uates fuit filius Melampodis. Stat. 10. Thebaid. Sanctoq; Melãpode cretum. Thiodamanta uolunt,
This, ciuitas eſt. Aegypti Step.
Thiſbe, op eſt Bœotiæ mediterraneum. Pto.
Thisbe, puella fuit Babylonia. Ouid lib. 4. Metam.
Thiſbeus, a, um Ouid. Qua nunc Thiſbaas agitat mutata colũbas.
Thiſias Siculus, antiquiſſimus artium ſcriptor. Quintil.
Thiſica, opp. eſt. Africa propria Pto.
Thiſoa, ciuitas eſt Arcadia, gentile Thiſoates. Step.
Thmuis, urbs Aegypti, inde Thmuites. Step.
Thoas, rex fuit crudeliſſimus in Taurica regione, ab Oreſte occiſus. Ouid lib iij de Ponto.
Thoas alius, rex Lemni inſulæ, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filia Ouid lib 7.
Thoas alius, Iaſonis & Hipſyphiles filius.
Thoantheus, a, um. ut, Diana, Thoantea. i. Taurica. Valer.

Thoantium. promont eſt Carpathi inſulæ. Ptol.
Thoeneia, ciuitas eſt Arcadiæ, à Thoeno quodam Step.
Thoë, nympha Oceani & Tethyos filia. Hom.
Thomas, nomen Hebraicum uiri proprium.
Thome, op. eſt Magneſiæ in Macedonia. Ptol.
Thon, primus apud Aegyptios, medicinã in artem redegit. Hom. lib. 4. Odyſſ.
Thon, rex Canopi. qui, Menalao uim inferre conatus ab eo interfectus eſt.
Thonia, urbs & caput Gabanitarum in Iudæa.
Thonis, ciuitas eſt Aegypti. Step.
Thonius, unus è Centauris Ixionis & Nubis filius.
Thoon, uir Troianus ab Vlyſſe interemptus. Hom.
Thooſa, filia Phorci, ex qua Neptunus Polyphemum genuit. Hom. lib. 1. Odyſſ.
Thootes, unus ex præconibus Græcorum. Hom. Iliad 12.
Thora, uicus eſt Antiochidis tribus. Step.
Thorax ciuitas eſt Aetoliæ, gentile Thoracites. Step.
Thorax, mons eſt iuxta Magneſiam Strab. lib. 14.
Thorai, pop. ſunt in Attica Strab.
Thoricos, opp. eſt in Attica. Strab. lib. 9.
Thoricos, uicus eſt Acamantidos tribus. Step.
Thornax mons eſt Laconiæ. Step.
Thronos, inſula eſt prope Corcyram Plin. lib. 4. cap. 12.
Thoſpia, ciuitas eſt Armeniæ maioris Ptol.
Thoſpitis, palus eſt in Armenia maiori, Ptol.
Thoſpitis, regio eſt Armeniæ maioris. Pto.
Thous, unus ex Troianorum principibus. Hom.
Thracia. regio eſt Europa Macedoniã ſequens. Vul. Romania.
Thraca, a qua Thracia Hora. Threca'ue bos Hebruſq;.
Thrace. es. quæ Thracia. Ouid. Armiferam Threcem, qui regat.
Thracia Græce Threce per e utrobiq; dicitur.
Thraces, in Aſiam transgreſsi Bithyni uocati ſunt. Herod.
Thraces, prius Strymonij appellati, quod Strymonem accolerent.
Thraces, aliqui Aſiam incolunt Herod. lib. iij.
Thrax, homo ex Thracia, Thraiſſa fœmina regionis illius.
Thracius, a, um Verg. Nec Thracius Orpheus. Lucan. Boreas & Thracius oſſe.
Thraicius, a, um. Ver. Thraiciamq; Samũ, quæ nunc Samothracia (fertur.
Thracon, uicus eſt Antiochiæ Step.
Thrambus, promont. Macedoniæ, ubi natus Thrambuſius. Step.
Thraſceas, uentus ſpirans inter Septentrionem & occaſum ſolſtitialem. Ariſt.
Thraſeas, philoſophus Stoicus, quem Nero ut uenis ſolutis moreretur damnauit. Suid.
Thraſius, uir qui cum docuiſſet Buſyrim hoſpites immolare, omniũ primus mactatus eſt.
Thraſo, nomen militis glorioſi apud Terentium.
Thraſo, nomen pictoris apud Strab. lib. xiiij.
Thraſumenus, lacus in agro Peruſino. Plin. lib. ij. Vulgo Lago de Perugia.
Thraſumenũ lacũ ſemel totum arſiſſe ait Plin.
Thraſus, nomen uiri quod apud nos fiduciam ſignificat, quæ Græce θράσος dicitur.
Thraſybulus, uir qui Athenas à. 30. tyrannis oppreſſas in libertatem redigis. Aemil. Prob.
Thraſybulus, dux Mileſiorum, cuius ſtratagema, uide apud Frontinum. lib. 2.

Thraſyllut,qui ſupra Thraſiut.Interp.temerarius.

Thraſymachus,Carthaginenſis ſophiſta,diſcipulus Iſocratis, periodon & colon primus monſtrauit.

Thraſymedes,filius fuit Neſtoris.Hom.9.Iliad.

Thria,opp.eſt Oeneidos tribus.Step.

Thrince, urbs prope columnas Herculis.Ste.

Thrioeſſa,ciuitas eſt in Peloponneſo.Strab.lib.8.

Thrion,opp.eſt Meſſeniæ in Peloponneſo Plin.

Thrius,untis.opp.eſt Achaiæ.Step.

Thrius,untis.opp.eſt Elidis prope Patras.

Thronion,opp.eſt Locrorum Epicmenidum.Ptol.

Thronos,opp.eſt in Cypro inſula.

Thryanda,ciuitas eſt Lyciæ.Step.

Thryaſius campus,eſt in Attica regione.Plin.lib.4.

Thryus,flu.eſt Elidis qui in Alpheum decurrit.Hom.li.2.Iliad.

Thubina,ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.

Thucydides,Athenienſis hiſtoricus,Anaxagoræ diſcipulus,bellum ſcripſit Peloponneſiacum.

Thucidides Mileſius,Athenis inter principes uiros ac duces æmulus Periclis.Marcellin.

Thucydides Pharſalicus,Memnonis filius.Marcellin.

Thucydides,poeta natione Achedryſius,Ariſtonis filius qui fuit tempore Platonis comici.Marcel.

Thucydidius,a,um.Cic.Aliqui ſe Thucydidios profitentur. &c.

Thudaca.opp.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Pto.

Thule,inſula eſt ultima ſeptentrionem uerſus. Vulgo Islandia. Vnde Thuleus,a,um.

Thule,altera in Africa contra ſinum Carthaginis.

Thumelitha,ciuitas eſt Lybiæ interioris.Ptol.

Thunudromon,colonia eſt Numidiæ nouæ in Africa.

Thunuſda,opp.eſt Africæ propriæ.Ptol.

Thuppa,ciuitates duæ in Lybia interiori.Ptol.

Thuria,urbs eſt Meſſeniorum in Peloponneſo in colle excelſo ſita.Strab.lib.8.

Thurion,opp.eſt Calabriæ in ſinu Tarentino,finitimum Crotoni. Pomp.lib.2.cap.iiij.

Thurij.pop.ſunt in eodem ſinu Tarentino.

Thurij,ducto de fonte uocabulo dicuntur.Strab.lib.6.

Thurium,op. inter duos amnes:ſcilicet Crathin & Sybarim,ubi Herodotus condidit hiſtoriam.

Thurini,Italiæ pop.prope Sybarim urbem. Plin.

Thurinus,a,um.à Thurio.Ouid.Thurinoſque ſinus.

Thuſcia,regio Italiæ quondam Vmbria appellata.Vul.Toſcana

Thuſcia,Tyrrena dicta fuit,à Tyrreno Atys filio.

Thuſcia,alijs ſcribitur ſine aſpiratione.Vide Tuſcia.

Thuſciam,à Thuſcuio Herculis filio ueteres Grammatici dictam uolunt:alij à ſacrificijs dictam putant.

Thuſci,uocati ſunt,poſtea qui prius Tyrreni.

Thuſci,pop.dicuntur qui Thuſciam inhabitant.Cic.

Thuſcus,poſſeßiuum nomen à Thuſcia,ut Thuſca æquora.

Thuſcus,uicus Romæ in quo Thuſci habitauerunt.

Thuſſagetæ,pop ſunt Pomp.Thuſſagetæ Turcæq; uaſtas ſolitudines occupant.

Thyamis,uicus eſt Semiramidis regionis.Step.

Thyamis.flu eſt qui Theſprotidem Ceſtrinamq; diſterminat. Pli. lib.iiij. cap.1.

Thyamon,mons in Thracia regione.

Thyas,adis.Bacchi ſacrificula.Sta.xij.Thebaid.

Thyatira,ciuitas eſt Lydiæ Mæoniæ in Aſia propria Pto.

Thyatira,una.7.eccleſiarum,ad quas Ioan.A poſt ſcripſit Apocalypſim.

Thyatira,inſula eſt ante Aetoliam.Plin lib.4 cap.xij.

Thyatirenſis,e.Hieronym.Angelo Thyatirenſi,teſtimonium dat filius Dei.

Thyatireni dicuntur Thyatiram inhabitantes. Sue.

Thyatyreni,pop.ſunt conuentus Pergameni.Plin.

Thyberis,ſiue Thybris,lege in dictione Tybris.

Thybris,uiri proprium Aeneæ comitis.Verg.lib.x.

Thydonos,opp.eſt Cariæ conuentus Alabandici.Plin.

Thyella,ciuitas eſt Oenotriæ.Step.

Thyeſſos,ciuitas eſt Lydiæ,à Thyeſſo caupone.Step.

Thyeſtes,filius Pelopis ex Hippodamia,Atrei frater,& Tantali nepos.

Thyeſteus,a,um.Ouid.Neue Thyeſteis cumulemus uiſcera mēſis.

Thya,Deucalionis filia,ex Ioue peperit Macedoniam, quæ regioni nomen dedit.Step.

Thya,filia Cephiſi,à qua & urbs eiuſdem nominis.

Thymatadæ,uicus Hippothoontidos tribus.Ser.

Thymbra,locus eſt Troadis thymbra plenus.Step.

Thymbræus,a,um.quod ad Thymbram pertinet.

Thymbræus Apollo,dicitur qui in eo loco eius & nemus & templum eſt,ubi à Paride Achilles occiſus.

Thymbrara,ciuitas Aſiæ à qua Thymbrarenſes & Tymbraræi. Steph.

Thymbris,ſiue Thybris flu.Romæ.Step.

Thymbrius,flu.apud Thymbram fluens.Step.

Thymele, mulier quæ prima ſaltationem in ſcena docuit.

Thymelici,pen.cor.dicti ſunt ludij hiſtriones.Vitru.

Thymiateria, ciuitas eſt Lybiæ.Step.

Thymœtes,uates fuit filius Priami & Ariſbes. Seru.in.2.Aeneid.Verg.

Thyne,ciuitas eſt Lybiæ.Step.

Thynia,inſula eſt in fronte Bithiniæ.Strab.lib.xij.

Thynus,a um.Horat.Merce Thyna beatus.i. Bythina. Acron.

Thynnias,inſula eſt inter oſtia Iſtri fluminis.Pomp.

Thynnias,opp.eſt Thraciæ.Plin.lib.4.cap.11.

Thynnias,flu.eſt in eadem Thracia.

Thynneius,a,um.Ouid.Oſtendit adhuc Thyneius incola.

Thynniacus,a,um.Propert. Grata domus nymphis humida Thynniacis.

Thynnus,ſiue Tynnus urbs Aegypti.Hier. de uiris illuſtrib.

Thynos,opp.eſt Cilicia.Plin.lib.v.cap.12.

Thynus,uiri proprium,cuius meminit Orpheus in Argonauticis.

Thyoneus,Bacchi epitheton,quod ei adhuc inter humanos uerſanti ſacrificaretur. Horat.

Thyræon,ciuitas eſt Arcadiæ Step.

Thyre,uel Thyrea,ut Thete uel Theta,locus eſt in Pelopōneſo.

Thyre,opp.eſt Laconiæ regionis.

Thyrea,in Cynoſura eſt ad Argiui & Laconici agri confinia.

Thyrea,inſula eſt adiacens Peloponneſo.Her.lib.iiij.

Thyrides,inſulæ ſunt in ſinu Aſinæo Plin.lib.iiij.cap.12

Thyros,urbs in regno Neſtoris,teſte Homero.

Thyrſagetæ.pop.ijdem qui Thyſſagetæ & Thuſſagetæ.

Thyrſis,nomen paſtoris apud Verg.in Buccolicis.

Thyſanuſa,ciuitas eſt in Caria regione.Plin.lib.v.

Thyſſagetæ,pop.ſeptentrionales iuxta Mæotidem.Step.

Thyſus,opp.eſt iuxta montem Atho.Herod.lib.7.

T. ante I.

Tiarantus,flu. eſt Scythiæ in Iſtrum defluens.Herod.
Tiariulia,opp eſt in Hiſpania.
Tiaſum,opp.eſt in Dacia.Ptol.
Tibareni,pop ſunt Scythici in Aſia.Herod lib.4.
Tibeon,mons Phrygiæ,in Tibeo quodam.Step.
Tiberias,ciuitas eſt Paleſtinæ Iudææ.
Tiberias lacus,ponitur in eadem Iudæa.Ptol.
Tiberij forum,ciuitas eſt Heluetiorum in Gallia.Pto.
Tiberinates,pop.ſunt Vmbriæ in Italia.Plin.lib. 3.
Tiberius,inter Cæſares notiſſimus Auguſti ſucceſſor.
Tiberius,grammaticus de Ideis orationibus ſcripſit libros.3.aliaq́; complura.Suid.
Tibereius,a,um.Sta.Tibereia primum aula tibi uix dum.&c.
Tiberiopolis,ciuitas eſt Phrygiæ magnæ.Ptol.
Tibiſca,ciuitas eſt Myſiæ inferioris.Ptol.
Tibiſcum, opp.eſt in Dacia.Ptol.
Tibiſcus, flu.eſt Daciæ.Ptol.Vulgo Tiſſa.
Tibiſis,flu.eſt Scythiæ ex Aemijs montibus in Iſtrum defluens. Herod.lib.4.
Tibulatij,pop ſunt Sardiniæ inſulæ.Ptol.
Tibullus, poëta aliquantum ad amores & delicias procliuis.
Tiburi,pop ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis.Ptol.
Tiburtes,pop ſunt Sabinorum in Italia.Plin lib.iij.
Ticarius,flu.eſt Corſicæ inſulæ.Ptol.
Ticena,ciuitas inter Bagradam & Tritonem in Africa.
Ticher, flu.eſt Hiſpaniæ citerioris, forte flu. Gerundæ.
Tichis,flu.eſt prouinciæ Narbonenſis.
Tichos,caſtellum Achaiæ:incola Tichites Step.
Ticinum,op.eſt in Tranſpadana regione.Plin. Vulgo Pauia.
Ticinus,fluuius oppido uicinus,in Padum amnem defluens.Vulgo Teſino.
Tiella,una ex tribus Hyblis Siciliæ.Step.
Tiernus,flu.eſt in Apulia regione.
Tifata,opp.eſt Latij,quod interijt.Plin lib.3.cap.V.
Tifata ilicea,inquit Feſtus Romæ,autem Tifata curia.
Tifernum,oppidum eſt Vmbrorum in Italia.Ptol.Vulgo Citta de Caſtello.
Tifernus, flu.eſt Italiæ.Pli.Vulgo Fortoro en Puglia piana.
Tifernates,pop.Italiæ iuxta Theanum & Lucrinum in ſexta regione Italiæ.Plin lib.3.cap 14.
Tigana,op.eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Tigena,ciuitas in Arabia fœlici.
Tigillinus,uir fuit Romanus uitæ corruptiſſimæ,qui Neronem ad omnia corruperat.Tacit.
Tigis,opp eſt Mauritaniæ Cæſarienſis.Ptol.
Tigrana,ciuitas eſt Mediæ.Ptol.
Tigranes,rex fuit maioris Armeniæ de quo ſæpe.Cic.
*Tigranocerta,ci eſt Armeniæ maioris.Pto.Vul.*Sulthania.
Tigris,flu.eſt celebris ex Armenia oriens,qui inſtar beſtiæ mira uelocitate decurrit.
Tigullia,ciuitas eſt Liguriæ in Italia.Pto.alias dicta Segeſta.Vulgo Sigeſtro.
Tigurinus uicus.pop eſt qui quartam Heluetiæ partem continet. Cæſ.de bell Gall.Vulgo Zurek.
Tilium,ci.eſt littoralis Sardiniæ inſulæ.Ptol.Vul. S.Repara.

Tiliauentum maius & minus,fluuij Venetæ regionis.Pli. Maius Vulgo Taiamento.*Minus* Stella *dicitur.*
Tilos,inſula eſt in mari rubro. Plin.lib,6.cap.27.
Tilox,promont.eſt in Corſica inſula.Ptol.
Tilphoëſſa,in Bœotia eſt. Diod.lib.V.
Tilphoſa,fons eſt ſub Tilphoſium montem labens apud quem Tiroſiæ uatis ſepulchrum Pindar.
Tilphoſium,opp.eſt Bœotiæ.Strab.lib.9.
Tilphoſſæum,regiuncula Theſſaliæ:gentile Tilphoſæus.Step.
Timacum,opp.eſt Myſiæ ſuperioris.Ptol.
Timæus, Siculus hiſtoricus,qui res græcas conſcripſit. Plutarchus in Nicea.
Timæus,philoſophus Pithagoricus,cui Plato librum de natura inſcripſit.Suid.
Timagenis,ciuitas eſt in Arabia fœlici.
Timanthes,pictor egregius Zeuzis tempore.Plin.lib.35.cap.9.
Timarchides,pictor celeberrimus.Plin.xxxiiij cap.8.
Timarchides,ſculptor nobiliſſimus.Plin.lib.36.cap.8.
Timarchus ſtatuarius nobilis.Plin lib.34 cap.8.
Timarchus alius orator Demoſthenis amicus.
Timauus fluuius eſt Venetiæ regionis.Plin.libro.iij.cap.18.forte Brenta.
Timocles,comicus Athenienſis, fabulas ſcripſit quarum nõnullas commemorat Athenæus.
Timoclia,mulier Thebana,ſtuprum à quodam barbaro Thracum principe per uim paſſa Sabellic.
Timolaus Lariſſæus,diſcipulus Anaxamenis Lampſaceni,ſcripſit poëma de bello Troiano. Suid.
Timoleon,Corinthiorum dux inclytus,& uiribus fortiſſimus,nitaq́; abſtinentiſſimus.Plutarch.
Timomachus, Byzantius,pictor nobilis Cæſaris dictatoris tempore,fecit Medeam & Aiacem Plin.lib.V.
Timon,Athenienſis,temporibus fuit belli Peloponneſiaci,qui ob inhumanitatem dictus Miſantropos.
Timon Apolloniates, philoſophus Ptolemæo Philadelpho acceptus,ſcripſit tragœd.& comœd.Gell.
Timonium, Caſtell.Paphlagoniæ:gentile Timonites.Step.
Timor,inſula ſatis magna,in finibus orientis collocata uerſus auſtrum.
Timotheus,Athenienſium dux potentiſſimus,qui acceptam à patre gloriam multis auxit uirtutibus.
Timotheus Athenienſis comicus mediæ comœdiæ cuius fabulas narrat Athenæus.
Timotheus,Mileſius comicus fuit tempore Philippi Macedonis, ſcripſit de muſica.lib.17.
Timotheus,ſculptor unus ex ijs qui Mauſolæum celauere.Plin. lib 34.cap.8.
Timotheus Gazeus,grammaticus tempore Anaſtaſij principis, cuius nonulla commemorat Suid.
Timotheus quoq́;,uiduæ mulieris filius,& Pauli Apoſtoli epiſtolis tum martyrio clarus.
Timyra,urbs iuxta Iſauriam India.Step.
Tinda,opp.eſt in Thracia.Plin.lib.4.cap.11.
Tindum,urbs Lybiæ:eiuis Tindanus.Step.
Tingena,regio eſt Meſopotamiæ.Ptol.
Tingis Cæſarea,opp.eſt Mauritaniæ Tingitanæ ab Anteo conditum.Vulgo Tanjer.
Tingitana,prouincia eſt Mauritania à Tingi dicta.

Tingræi, pop. ſunt, Chatay regionis.
Tinia, flu. eſt in Tiberim defluens. Vulgo Topino.
Tiniſſa, ciuitas eſt Armeniæ maioris. Ptol.
Tios oppidum eſt Paphlagoniæ Ponti, a Tio ſacerdote Mileſio. Strab. lib. 12.
Tipaniſſæ, pop. iuxta Caucaſum. Step.
Tipaſa, ciuitas eſt Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.
Tiphys, uiri proprium qui Argonautarū gubernator fuit. Verg. in Bucolicis.
Tiquadra, inſula eſt prope Baleares. Plin. lib. 3. cap. v.
Tireſias, uates Thebanus, mutatus quondam in fœminam. Hom. lib 11. Odyſſ.
Tiris, urbs Leucoſyrorum: gentile Tirieus. Step.
Tiritbia, ciuitas eſt in Meſopotamia. Ptol.
Tirius, Tirintis flu eſt in Argo.
Tirius, nomen eſt patriæ Herculis in Peloponneſo.
Tiſarantus, flu. eſt Scytiæ. Herod lib. 4.
Tiſdris, opp. eſt Mauritaniæ Tingintanæ.
Tiſdritanus, a, um. a Tiſdris. Plin. Coſſuciū ciuem Tiſdritanenſem.
Tiſias, Steſichorus poeta ante dictus, ſed a chorea id nominis ſortitus eſt.
Tiſicenſe, opp. eſt Africæ propriæ. Ptol.
Tiſiphone, una ex Furijs infernalibus, ſic a plectēdis cædibus dicta
Tiſis, urbs Aegypti quam condidit Tiſis, ciuis Tiſues. Ste.
Tiſorgia, opp, eſt Galliæ Belgicæ.
Tiſſa, opp eſt Siciliæ inſulæ. Ptol. Hodie Tiſsi.
Tiſsinenſes, pop ſunt Siciliæ inſulæ Plin. lib. 5. cap 8.
Titana, regiuncula Sicyoniæ: gentile Titanius. Step.
Titan, & Titanus Saturni frater Cœli & ueſtæ filius, pro ſole ponitur, quoniam a Titanibus duxit originem.
Titanas ſex fuiſſe, & quinque ſorores a Titea matre dictas author eſt Diodorus.
Titanum unus, fuit Iapetus pater Promethei.
Titanius, a, um. Verg. Lucentemq; globum Lunæ Titaniaq; aſtra.
Titanicus, a, um. Ouid. Hinc Titanicis ablata draconibus intrat.
Titanos, flu eſt Aeolidis regionis. Plin. lib. v, cap. 30.
Titanus, opp. eſt eiuſdem Aeolidis. Plin. ibidem.
Titanus, portus eſt in Corſica inſula. Ptol.
Titareſius, flu. eſt Theſſaliæ. Hom. lib. 2 Iliad.
Titariſſus, ciuitas eſt Armeniæ minoris. Ptol.
